

www.e-rara.ch

Strabonis ... Rerum geographicarum commentarii libri septemdecem

Strabo

Basileae, 1571

Eisenbibliothek Schlatt

Shelf Mark: EM/Rb 742

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-61125>

[Liber decimusquintus.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER DECIMVS.
QVINTVS.

ARGVMENTVM.

Quintusdecimus circa Indiam Persiamq; uersatur.

Argumentum libri,
Indicarum rerum obscuritas



E Asia restant explicanda quæ extra Taurum sunt, demta Cilicia, Pamphylia, & Lycia. tum quæ ab India usq; ad Nilum inter Taurum iacent & exterius mare meridianum. Asiam Africa sequitur, de qua posterius dicemus. nunc ab India ordiemur. nam & prima uersus orientem iacet, & maxima est. Enim uel naslector equum animum adhibeat oportet. nã & remotissima est, & pauci nostrum eam conspexerunt: & qui uiderunt, partem duntaxat uiderunt, plerumq; audita narrant. quin & quæ uiderunt, in transitu militari ac cursu uiderunt. quæ de causâ ne eadem quidem de iisdem perhibent: quanquam libros ut de rebus diligenter exploratis concipserint. Sunt qui cum fuerint in eadem expeditione atque peregrinatione, ut qui Alexandrum in Asia domanda sunt comitati, singuli singulis contraria se penumero tradant. Iam se de uisis ita dissentiunt: quid arbitramur de auditis futurum? Imò etiam qui multis post ætatibus aliquid de ijs scripserunt locis, aut qui nunc eò nauigant, nihil certi pronunciant. Apollodorus quidem cum Parthica scripsisset, illata etiam Græcorum mentione qui à Syriæ regibus, Seleuci Nicatoris successoribus, Bactrianam abalienassent: ait eos uiribus auctos etiam Indiæ manus intulisse. nihil uerò præter antè nota ipse detegit: nisi quod contra aliorum sententiam affirmat maiorem ab his quàm à Macedonibus Indiæ partem fuisse subactam. Nam Eucratidam quidem cis urbes sub se habuisse: illos autem ipsas gentes quæ sunt numero nouem inter Hydaspem & Hypanim, ac urbes 100. quarum nulla Comeropide esset minor. regionem hanc totam ab Alexandro subactam, ac Poro esse traditam. Porro mercatorum qui hodie ex Aegypto per Nilum & Arabicum sinum in Indiam nauigant, pauci etiam usque ad Gangem perueniunt, & qui eò perueniunt, litterarum rudes sunt, neq; ad locorum historiam concipiendam idonei. Iam ex Indiæ uno tantum loco, atque ab uno modo rege atque altero, Pandione scilicet ac Poro, legatio ad Augustum uenit imperatorem cum muneribus, & sophista Indus qui se Athenis combussit: quemadmodum etiam Calanus id spectaculi Alexandro exhibuerat. Quibus omisis si quis memoriam rerum ante Alexandrum gestarum intueatur, multo omnia his ipsis obscuriora deprehendet. Probabile quidem est Alexandrum his credidisse, inflatum tot prosperis successib. Etenim Nearchus refert, ambitione eum quadam incitatum uoluisse per Gedrosiâ ducere exercitum, cum auditu accepisset Semiramidem quoque & Cyrum hæc in Indiam fecisse expeditionem: (sed illam fuga salutem consecutam euasisse cum xx hominibus, illum cum vii.) quod gloriosum sibi fore putaret, si istis tanta passis, ipse parta uictoria saluum exercitum per eadem loca easdemq; traduceret gentes. Nobis autem cuius nam rei certa fides Indiæ fieri potest, ex Cyri aut Semiramidis tali expeditione? Patrocinator nostro sermoni quodammodo etiam Megasthenes: fidem iubens derogare antiquis de India narrationibus. Neque enim ab Indis foras missum exercitum nusquam: neque extrinsecus ingruisse & obtinuisse: excepta Herculis & Bacchi expeditione, & hac ipsa Macedonica. Sanè Sesostrim Aegyptium, & Tearconem Aethiopem usque in Europam processse. Nauocodrosorum autem qui magis à Chaldaeis probatur, magis etiam quam Herculem, usque ad columnas peruenisse, quousque etiam Tearconem: illum tamen exercitum ex Hispania in Thraciam Pontumq; duxisse. Idanthysum Scytham factis in Asiam excursionibus, attigisse etiam Aegyptum. ad Indiam uerò eorum neminem peruenisse. Semiramidem priusquam egrederetur ob-

ASIAE

ijss

ASIAE X. TABV-

LA CONTINET INDIAM INTRA

GANGEM FLV. CVM ADIACENTIBVS SIBI INSVLIS.

Parallelus eius medius rationem habet ad meridianum, quam una

decim ad duodecim. Terminatur autem tabula ab ortu India extra

Gangem: Ab austro parte Gangetici sinus & Indici pelagi. Ab

occasu Gedrosia & Arachosia & Paropanisdas: ab Ara-

ctis, parte Imai montis quæ sub Sogdia-

nis & Sacis est.

	H.	m.	H.	m.	G.	m.
Simylæ	12	49	3	20	50	30
Mucris	12	49	3	50	52	43
Chaberis	12	58	4	36	47	30
Palura	12	40	5	8	60	13
Cassira	14	6	4	29	0	0
Bucephala	14	0	4	21	0	0
Palibrotba	13	45	5	32	0	0
Civitates infiores Indiae intra Gangem.	13	19	3	30	26	30
Patala	13	27	3	32	16	3
Barbari	13	6	3	32	41	36
Barygaza	13	15	3	50	30	14
Ocena	13	8	3	49	39	20
Bethana	13	12	3	59	35	30
Hippocura	13	0	3	58	45	15
Carura	14	20	4	20	46	36
Modura	13	0	4	40	45	15
Orthura	12	45	5	0	57	6
Pitynda						

Hic sol bis in anno fit supra verticem, quam distat a tropico
 estio utraq; parte
 Distat ab alexandria versus ortum.

Habet diem maximum.

X 4 TABV.



isse. Et à Persis Hydracas ex India mercede accitos fuisse: illos autem copias suas in Indiam duxisse nunquam: propè tamen accessisse, cum Cyrus duceret in Massageras. At enim Herculis & Bacchi res gestas Megasthenes cum paucis quibusdam credit. Alio- *Herculis & Bacchi res Indicae.* rum magna pars, è quib. est Eratosthenes, fabulosa & minime credenda arbitrantur, ut & quæ apud Græcos iactantur. Nam Liber pater apud Euripidem in Bacchis iuuenatur his uerbis.

Lydorum abundans auro peragravi solum
Phrygiamq; & sole calentia plana Persidis,
Et Bactra, Medorumq; frigidam plagam
Asiamq; totam. —

Est etiam quidam apud Sophoclem, qui Nyssam decantat, ut montem Baccho sacrum.
Vnde conspiciens bacchatam mortalibus claram Nyssam,
Quam corniger Bacchus iucundam sibi nutricem colit,
Vbi ales non clangit. Et cætera.

Dicitur etiam Bacchus in femore insitus, eductusque. Poëta autem de Lycurgo E. dono sic ait:

Qui quondam infans iugaper Nyssæia Bacchi
Nutrices agitauit. —

Iliad 9. 1323

Ac de Baccho quidem hæcenus. Herculem uerò quidam tradunt in aduersa parte tantum fuisse usque ad occidentis fines: quidam in utraque. Ex his autem Nyssæos gentem quandam nominarunt, & Nyssam urbem à Baccho conditam, & montem urbi imminentem nomine Merum, id est femur, denominauerunt: argumento hederæ ibi nascentis & uitis. quanquam fructum ad maturitatem hæc non perducit, nam racemus priusquam maturescat defluit propter imbrium abundantiam. Dicunt præterea, Oxydracas Bacchi esse genus, propter uites quæ apud eos nascuntur, & Bacchicas pompas sumtuosas, & propterea quod eorum reges castrensem apparatus, & ceteros exitus cum tympanis & stola floridi coloris, Bacchico more faciunt: quod etiam apud Indos ceteros usitatum est. Cum Alexander petram quandam nomine Aornum primo adortu cepisset, cuius radices Indus non procul à fonte suo alluit: gloriosè dixerunt, Herculem ter petram adortum, ter inde repulsum fuisse. Ab ijs autem qui cum eo militauerant profectos uolunt Sibas, generis signum seruantes, quod pellibus amiciantur, quemadmodum Hercules. & quod clauas gerant, easque bobus & mulis pro nota inurant. Hanc porro fabulam ex ijs confirmant quæ de Caucaaso ac Prometheo memorant, quæ ipsa leui ansa arrepta huc à Ponto transfulerunt. Nā cum sacram quandam speluncam apud Paropamisadas uiderent, in ea dixerunt uinctum fuisse Prometheus: atque Herculem, ut illum liberaret, huc uenisse: & hunc esse Caucasum, in quo Græci uinctum Prometheus tradiderunt. Quæ omnia eorum figmenta esse qui Alexandro adulari studebant, primum ex eo liquet, quod scriptores non concordant: sed alij ea referunt, alij ne ullam quidem mentionem probabilem faciunt. Neque uerò probabile est, res adeo illustres & ambitione plenas non esse auditas: & si sunt auditæ, non uidetur uerisimile non fuisse existimatas dignas memoratu, præsertim à fide dignissimis eorum. Deinde per quos Herculi & Baccho ad Indos transeundum erat, ij nullum certum signum habent, quo ostendant illos per eam terram transiisse. Præterea eiusmodi Herculis habitus, multo posterior Troianorum rerum memoria, figmentum eorum uidetur, qui Heracleam de Herculis rebus poëma scripserunt, siue id Pisander fecit, siue alius. Antiquæ enim statuæ hoc modo apparatus non sunt. Quare in his id tenendum est, quod ad fidem proximè accedit. Nos & in superioribus Geographiæ libris de his sententiam tulimus, quantum fieri potuit diligenter, & nunc etiam ijs in promptu sitis utemur, & alia adiiciemus, quantum uidebitur ad euidentiam oportunum. Arbitrio nostro, quod tum proposuimus, ea præsertim certissima uidebantur, quæ summam ab Eratosthene tradita erant in tertio Geographiæ libro, de ea scilicet quæ tunc India putabatur, cum eam Alexander inuasit, & Indus flumen eius limes erat, & Ariam, quam deinceps ad orientem sitam Persæ tenuerunt. Postea enim magnam eius partem Indi tenuerunt à Macedonibus traditam. Porro hæc

Indiæ fines. hæc sunt, quæ ab Eratosthene traduntur. Indiam à septentrione, Tauri extrema terminant: Ab Ariana usque in orientale mare, montes, quos indigenæ singulatim Paropamisii, Emodi, Imai, & alijs nominibus adficiunt: Macedones uerò Caucasum uocant. ab occidente Indus fluuius. Australe & orientale latus, quæ sunt longè alijs maiora, in Atlanticum pelagus procurrunt: unde regio rhombi similem figuram præbet. nam utrumuis matorum laterum, contrarium sibi latus tribus millibus stadiorum exsuperat, quanta est communis orientalis & meridionalis oræ extremitas, quæ in utrumque æqualiter excurrit ad aliam litoris regionem. Enim uerò occidentalis lateris à Caucasjs montib. in australe mare XIII. millia stadiorum perhibentur secundum Indum flumen usque ad eius ostia. Quapropter oppositum orientale latus, assumtis extremitatis trib. millibus, erit stadiorum CCIDDDIDDCID. Atque hæc est maxima & minima regionis latitudo. Longitudo uerò est ab occidente in orientem, quæ quanta sit, de ea parte, quæ usque ad Palibothra pertēdit, certius dici potest. schoenis em̄ dimēsa est, & uiam regiam habet stadiorum XX millium. Vltiora uerò coniectura deprehenduntur per nauigationes quæ ex mari sunt aduerso Gange Palibothra usque, & sunt stadiorum circiter IDDCID. Tota uerò uel breuissima est stadiorum sedecies millium, ut ex certa diurnorum itinerum descriptione deprehendisse se Eratosthenes affirmat: cui etiam Megasthenes subscribit. Patrocles uerò mille stadia detrahit. Rursum si huic distantie extremitatis distantia addatur, præsertim quæ ad ortum uergit, scilicet tria millia stadiorū: longitudo maxima conficietur, quæ est ab Indi ostijs, secundum litus quod deinceps est usque ad dictam extremitatem, & orientales eius terminos, quo in loco ij habitant, qui Coniaci uocantur. Nimirum autem hinc perspicui potest, quantum reliquorum sententiæ discrepent. Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia: Onesicritus, eam esse trientem orbis habitati: Nearchus quatuor mensium iter per campum. Megasthenes & Deimachus moderatius. Nam supra XX millia stadiorum eam partem ponunt, quæ ab australi mari in Caucasum tendit. Deimachus secundum quædam loca supra XXX millia. Aduersus hos in superioribus est à nobis disputatum. Nunc hoc satis est dicere, hæc ipsa facere pro his, qui ueniam petunt, quando de Indicis rebus loquentes nihil affirmant admodum. Tota India fluminibus irrigatur: quorum quædam in duo maxima irrumpunt. Indum atque Gangem: *Ganges.* *Indus.* quædam proprijs ostijs in mare exeunt, omnia è Caucaso primo ad meridiem feruntur, postea alia eundem seruans cursum, præsertim quæ in Indum influunt, alia flectuntur ad orientem ut Ganget. Hic à montibus descendens, cum in planiciem peruenit, ad orientem conuersus: & Palibothra ciuitatem maximam præterfluens in mare quod isthic est effunditur uno ostio, quanquam omnium Indicorum maximum flumen sit. Indus duobus ostijs in mare meridionale erit Pattalenam complectens, Aegyptio Delta per similem. Eratosthenes autor est ex horum tantorum fluuiorum exhalationibus, & flatu Etesiarum, Indiam æstiuis imbribus madere ac campos stagnis oppleri & in ijs imbribus linum feri & milium, & sesamum, oryzam, & bosmorū. Hyberno autē tēpore feri triticū, ordeū, legumina, & alias fruges esculentas quarum nos expertes. Iam quæ in Aethiopia & in Aegypti fluminibus nascuntur animalia eadem ferè India amnes producant, præter Hippopotamum. quanquam Onesicritus dicat eos etiam in India procreari. Ex hominibus meridionales colore Aethiopibus, aspectu & capillo alijs per similes sunt. nam propter ueris humiditatem non crispantur, 2 septentrionales Aegyptijs sunt similes. *Taprobana.* Taprobana in alto sitam insulam distare dicunt ab India australissimis partibus, quæ sunt apud Coniacos, meridiem uersus, septem dierum nauigatione. Eius longitudinem esse ad VIII millia stadiorum Aethiopiam uersus: in ea elephanthos gigni. Hæc quidem ab Eratosthene traduntur. quib. si addamus, quæ ab alijs sunt scripta accuratius, eò magis propriè hanc describerimus. Proinde Taprobanae Onesicritus magnitudinem facit stadiorum IDDC, longitudinem uerò & latitudinem non distinguens, distare eā dicit à continenti XX. dierum nauigatione. sed malè nauigari, cum & mali nauium uitiose sint fabricati. & utrinque ita facti, ut matricibus eos recipientibus destituantur. Inter hanc atque Indiam alias insulas esse. ipsam uerò omnium maximè meridiem uersus sitam circa eam gigni cete uitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia alijs terrestribus animalibus similia. Nearchus

chus de terra illuuiæ fluuiorum solo aggesta hac affert exempla: Hermi, & Caystri & Meandri, & Caici campos ita appellatos esse ob limum qui è montibus à fluuijs delatus campos auget: atque adeò facit si quis defertur qui mollior sit & pinguior. Ideoque rectè dici campos hos à fluuijs effici. Hoc idem est cum eo quod Herodotus de Nilo dicit, terram quæ circa eum est donum ipsis esse. Et propterea Nearchus putat, Nilum rectè eodem nomine vocari, quo etiam Aegyptus. Aristobulus dicit solos montes & montium ima, pluuiam & niues sentire: campos uerò cum imbrum esse expertes, tum niuis. ex incremento tantum fluminum regionem inundari, in montibus per hyemem ningere, uere incipiente imbres incipere ac semper magis augeri, Asianis & die & nocte iugiter & copiosè flumina effundi, usque ad arcturi exortum, ea niuib. & imbrib. aucta campos irrigare. Quæ omnia & à se & ab alijs depræhensa dicit, cum ex Paropamisadis in Indiam contenderet, post pleiadum occasum, & in montibus immorarentur, & Hypasiorum & Musicaniterram hyeme permearent. Vere autem incipiente, cum in campos & Taxila urbem maximam, atque hinc ad Hydaspem ac Pori regionem descendissent, hyeme quidem aquam non uidisse, sed niues solum, & primò Taxilis pluuisse: ac postquam in Hydaspem uenissent, & Porum superassent, iter ad Hypanim facientes orientem uersus, atque inde ad Hydaspem, rursum continuè pluuisse, præsertim flantibus Etesijs. arcturi autem ex ortu cessasse, & cum nauium fabricationi ad Hydaspem immorati essent, & non multis diebus ante Pleiadum occasum nauigare cepissent, totum autumnum & hyemem & uer & aduentantem æstatem in nauigatione occupantes circiter canis exortum in Pattalenam peruenisse: cum menses x nauigantes nunquam aquam sensissent. uigentibus etiam Etesijs. Fluminum uerò eluuiione cāpos inundatos: mare propter contrarios uentos. quia nullus à terra flatus prosequeret. nauigari non potuisse. Idem Nearchus affirmat. De æstiuis autem imbribus non consentit. sed æstate complui campos, hyeme non item, adserit. De fluminum exundatione conuenit inter eos. Nearchus cum prope Acesinem castra posuissent, coactos ait fuisse aquis se extollentibus in arduum magis locum ea subducere: id quæ circa æstiuum solstitium contegisse. Aristobulus exundantiæ 3 mensuram cubitorum xl tradidit quorum uiginti alueum implerent supra priorem profunditatem, usque ad labrum, reliqui autem xx in campos effunderentur. Id quoque uno ore dicunt insularum in morem aquis ambiuri urbes, aggeribus impositam, quemadmodum in Aegypto etiam & Aethiopia. Post Arcturum autem iam aqua subsidebat, cessare inundationem. Addit etiam terram semigelatam & frigore fisisam feri & fruges optimas gigni. Aristobulus dicit oryzam in aquis eluuiionis stare, factis areolis quibusdam esse, eam continentibus. stirpis altitudinem esse quatuor cubitorum. ipsam multarum spicarum, multique fructus, meti sub Pleiadum occasum, & zeæ more contundi. Nasci etiam in Bactriano agro, & in Babylonio, & in Susio, & in inferiore Syria. Megillus scribit, eam ante pluuias feri. cultu tamen & irrigatione indigere, & clauis aquis irrigari. Bosmorum Onesicritus ait frumētū genus esse minus tritico & inter am-
nes nasci: torrerī autem, cum in area excutitur, sed iurare, istos non prius ex area se elaturos, quam igni frixerunt, id eò faciunt ne semen exportetur. Porro Aristobulus exposita & similitudine huius regionis, qua attingit Aegyptum atque Aethiopiam, & quid ab eis haberet diuersi: cum austrinis imbribus. Nilus impleatur. Indie fluij septentrionalibus: causam quærit, quare intermedia loca imbribus careant. nam nec inter Thebaica usque in Syenem, & loca Meroæ proxima, nec in Indice partibus à Pattalena usque in Hydaspem pluit. Superiorem uerò regionem. in qua & pluit & ningit. perinde excoli dicit, atque aliam, quæ est extra Indiam, cum ab imbribus & niuib. humectetur. Porro ex ijs quæ refert uerisimile est, terram facile terræmotibus concuti ab humiditate nimia laxatam: & facile rumpi, ut etiam fluminum aluei immutentur. Ipse quidem ad rem quandam gerentem se missum, uidisse affirmat mille uel amplius urbium & uicorum regionem desertam, cum Indus proprium alueum reliquisset, & ad sinistram conuersus esset in alium longè profundiorē, & quasi se inde præcipitasset: adeò ut regio ad dextram relicta non amplius effusionibus irrigaretur, cum non modo alueo recente sublimior esset: sed etiam omni fluminis inundatione. Flumina autem exundare, & uentos

uentos à terra non spirare, id comprobatur uerbis Onesicriti. Is enim maritimam oram dicit palustrem undosamque esse, praesertim ad fluminum ostia, propter limum & maris effluxum, & propterea quod marini uenti praeualeant. Megasthenes Indiae fecunditatem ex eo maxime declarat, quod ea bis fructum ferat uno in anno. Idem Eratosthenes inquit, alteram hybernā sementem, alteram aestiuam nominans quo modo & imbrem. Nullum enim annum inueniri dicit utroque tempore sine pluuia, qua propter magnam esse ubertatem, cum semper terra sit fecunda. Fructus autem arboreos multos gigni, radices stirpium, praesertim magnarum arundinum, & natura & decoctione dulces esse, aqua à solibus tepefacta, tam coelesti quam pluuiali. Quodammodo igitur id uidetur dicere eam quae apud alios & fructuum & succorum maturitas dicitur, apud illos decoctionem esse, quae tantum ad suauitatem saporis conducat, quantum ea quae per ignem fit. Idcirco etiam ramos arborum flexiles esse dicit, è quibus rote fiant, ob eandem causam, in quibusdam lanam innasci, ex qua Nearchus ait sindonas subtilis & reticulati operis texi, & Macedones ea pro tomento usos, ac clitellis subiecisse. serica etiam eiusdem generis esse, bysso scilicet ex corticibus quibusdam excarminata. Tradit idem arundinem mel sine apibus gignere: & cum non sit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrum facere. India multas quidem admirabiles arbores fert, è quibus est cuius rami ad terram propendent: folijs non minoribus clypeo. Onesicritus curiosus ea persequens quae sunt in Musicana terra, Indiae australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum prouum faciant deflexi quousque terram contingant. deinde terram subeant, ac radices agant ueluti traduces mox rursus in truncum exeant, à quo postquam aucti fuerint, in eodem modo flectantur, & aliam propaginem efficiant. rursusque aliam, & sic deinceps, ut ab una arbore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti simile. Refert ad hac miras arborum magnitudines, quarum stipitem uix quinque homines complecti queant. Aristobulus ad Acesinem, ac ubi is Hyarotidi permiscetur, de arboribus dicit quae ramos deflexos habent, & de earum magnitudine, ut sub una arbore quinquaginta equites meridiari possint. Ille uero quadringentos ait. Narrat etiam Aristobulus, arborem esse non magnam, quae magnas siliquas habeat fabarum similes, denorum digitorum longitudine, mellis plenas: quas qui ederint, non facile euadant mortem. Qui dixerunt trans Hyarotidem uisam fuisse arborem, quae umbram in meridie faceret quinque stadiorum, cunctorum de arborum magnitudine sermonem excesserunt. Idem tradit lanigerarum arborum florem nucleum habere: quo exempto reliquum lanæ in morem carminetur. In Musici regione frumentum sponte nasci tritico per simile ait: itemque uites uiniferas cum ceteri uino carere Indiam dicant, adeo ut necibi tibia sit, ut Anacharsis aiebat, nec ullum aliud musicum instrumentum praeter cymbala & tympana & crepitacula, quibus uti praestigiatores solent. Item Indiam multa medicamenta habere, & multas herbarum radices, tum salutes, tum noxias. quemadmodum & multos colores: & hic & alij dixerunt. Addit legem esse, si quis exitiale aliquid inuenerit, nisi & remedium eius repereat, morte plecti: si ad inuenerit honorem ei à regibus haberi. Esse Indiae australi cinnamomum, nardum, & alia aromata, quemadmodum Arabiae & Aethiopiae. cui quod ad radios solares attinet persimilis sit: differat autem aquarum abundantia, unde aer uerus est, & fecundior proinde atque ad nutriendum uberior: ac eodem modo & terra & aqua. quapropter animalia tum terrestria, tum aquatilia apud Indos quam ceteros maiora esse: siquidem etiam Nilus ceteris fecundior sit, & magna producat, cum alia, tum ea quae ancipitis sunt uitae. Aegyptiae quoque mulieres interdum quater geminos pariant. Narrat Aristoteles, quandam septem geminos peperisse. Idem Nilum fecundissimum uocat, & largè nutriendum propter moderatam solis decoctionem, relinquentis nutrimentum & superfluum euaporantis. Ex eadem causa uerisimile est id contingere, quod hic dicit, Nili aquam dimidio minori igne decoqui quam ceteras. Quanto autem magis (inquit.) Nili aqua, multam & angustam regionem rectè percurrit, & multos aëres ac mundi uarias plagas permutat: Indica uero flumina in maiores latioresque effunduntur campos, diu in eisdem regionibus immorantia: tanto illa hoc magis nutriunt. unde & cetera plurima generant & maiora.

maiora. Præterea aquam iam decoctam ē nubibus effundi. Hoc Aristobulus non concesserit qui negat campos complui: Onesicrito autem uidetur. Idem aquam causam facit proprietatū in animalibus, cuius signum affert, quod peregrina pecora eam potantia calores suos in regioni ei familiarem mutant colorem. atque hoc profectō bene dictum est. Quod autem Aethiopes nigri sunt & crispī, eius rei non rectē in meris aquis causam ponit, ac Theodectem reprehendit, qui causam referat ad solem, cum sic ait:

Quorum propinqua Sol adurens orbita
Fuliginoso corpora colore imbuīt,
Aestuq; tostas sicco crispauit comas:
Materiemq; adolescendi consumtam abstulit.

Quamquam hoc quidem rationem aliquam habet, dicit enim solem non esse uici-
niorem Aethiopibus quā alijs, sed magis perpendicularem, & propterea magis adu-
rere, ut non rectē dicat ille solem propinquū ab omnibus æqualiter distantem. Tum calo-
rem quoq; non esse ingreditis causam: cum qui in uentre sunt matris quos nondum sol
attigit, tamen nigrescat. Enimuerō melius dicunt qui causam soli tribuunt, & eius adu-
stioni per uehementem quandam summi humoris diminutionem, qua de causa affirma-
mus Indos non crispari, nec eorum colorem aduri, cum nihil ijs tale accidat, humidi aëris
compotes. In utero autem ob seminis facultatem atque uim iam tales fiunt, quales fue-
re qui eos genuerunt, quo pacto etiam affectiones corporum certæ à generis communi-
tate profectæ, aliæq; similitudines explicantur. Porro quod dictum est solem eodem in-
teruallo ab omnibus terre locis distare, id sensui uerum uidetur, non item rationi. Atque
id sensus etiam non quouis pacto comprobatur: sed ut terram dicimus ad Solis globum
puncti rationem obtinere. Nam respectu eius sensus quo calorem percipimus, de pro-
ximo quidem magis, de longinquo uerō minus: non æquale indicabitur interuallum, at-
que hoc modo Sol propinquus Aethiopibus dicitur, non ut Onesicrito uisum est. Ist-
huc ipsum ex ijs est, quæ in confesso sunt apud omnes, & similitudinem ad Aegyptum,
& Aethiopiam Indiæ tuentur: quod capi quinō inundantur, propter siccitatē sterilescent.
Cæterum Nearchus antiquam de Nili incrementis quæstionem sic explicari ait, quod In-
dica flumina edoceant, ex æstiuis imbribus id contingere. Alexandrum quidem cum
crocodilos in Hydaspē uidisset: & Aegyptias fabas in Acesine, putasse Nili initium se
inuenisse: & propterea classem in Aegyptum parasse, tanquam per hoc flumen in Nilum
nauigaturum, paulo post intellexisse, quod sperabat, effici non posse. Nam magna flumī-
na interiacent & difficiles aluei, & in primis oceanus, in quem omnia Indiæ flumina exe-
unt. Postea Ariana, & Persicus & Arabicus sinus, & ipsa etiam Arabia & Troglodytica.
Ac de uentis quidem & imbribus, & fluminum incrementis & camporum inundatio-
ne hætenus. Porro requiritur, ut de singulis fluminibus dicamus, quæcunque ad Geo-
graphiam utilia sunt, & quorum nos historiam accepimus. Alias enim flumina in pri-
mis ad præsens totum argumentum conducunt, utpote magnitudinum & figurarum re-
gionum naturales termini. At enim Nilus & Indiæ flumina aliquid plus cæteris præstāt,
propterea quod sine ipsis regio habitari nequit, cum eorum beneficio & colatur & na-
uigetur, nec aliter adiri aut habitari possit. Proinde cogniti nobis sunt fluij memora-
biles ij, qui in Indum illabuntur: loca etiam per quæ ij deferuntur, nouimus de reliquis
plus est ignorationis quam cognitionis. Etenim Alexander, qui hæc cum primis aperuit
initio: cum ij, qui Dariū dolo occiderant, ad occupandam Arianam impetum fecissent:
maius operæ precium fore existimauit, si eos persequeretur & aboleret, quare in loca
uenit Indiæ proxima per Arianam, qua ad dextram relicta, Paropamisum ad borealia
Bactrianamque transcendit: atque omnibus subactis quæ Persis parebant, ac etiam pluri-
bus, in Indiam iter conuertit, cum multi de ea, quamquam non certa, prædicarent. Qua-
re iisdem montibus per uias breuiores exsuperatis reuersus est, habens Indiam à sinistris.
postea rursus in eam redijt, ac occidentales eius fines & Cophem flumen & Choaspem
qui in Cophem exit, & apud Plegerium urbem fluens præter Gorydalem urbem & Ban-
dobenam & Gandaritim permeat. Intellexit apprimè habitabilem & frugiferam esse mon-
tanam & borealem regionem: australem uerō partim siti uastam, partim fluminibus, &
omnino

De fluijs India

omnino exustam, & bestiis magis quàm hominibus convenientem. Ergo prius laudatam sibi Indiæ partem occupare intendit: simul ratus, flumina quæ trañcienda erant, transitu facilliora esse, cum non procul à suis fontibus abessent, & terram quam permeabant transuersè secarent. simul audierat plura in unum coire: atque id semper eò magis effici, quo ulterius procederetur, ut transitu difficiliora subinde fierent, præsertim in nauigiorum penuria. Hoc Alexander metuens, Cophem traiecit, & montana omnia subegit quæ ad orientem uersa erant. Post Cophem erat Indus, postea Hydaspes, inde Acelines, ab hoc Hyarotis postremo Hypanis. Vtteriùs quidem progredi cauit, tum quædam oracula obseruans, tum propter exercitum iam animos despondentem labore, in primis continuis pluuijs defatigatum. Ex orientalibus itaque Indiæ partibus, eæ nobis innotuere quæ cis Hypanim sunt, & si qua porrò explorauerūt, qui post illum trans Hypanim usq; ad Gangem, & Polibothra processere. Post Cophem itaque Indus fluit. Regionem inter hæc duo flumina mediam habent Astacœni, Masiani, Nyssæi, & Hypasij. Sequitur Astacani ditio, in qua est Magosa eius regia, deinde iam ad Indum est alia ciuitas nomine, Peucolaitis iuxta quam Alexander per pontem traiecit exercitum. Inter Indum & Hydaspem est Taxila, magna ciuitas, & legibus optimis constituta. Circumiacens regio præclara & ualde ferax, iam campis uicina. Eius incolæ & Taxilus eorum rex per humaniter Alexandrum susceperunt: ac plura ab illo receperunt, quàm ipsi præbuere. adeò ut Macedones inuidia correpti dicerent: Quasi uerò Alexander non habuisset quibus beneficeret, priusquam Indum trañceret. Sunt qui dicant hanc regionem maiorem Aegypto. Supra hanc in montibus est Abisari regio, apud quem legati ab eo missi nunciauerunt duos dracones nutriti, alterum xx cubitorum longitudine, alterum cxl, ut Onesicritus refert, quem meliore iure fabulorum & incredibilium de Alexandro narrationum, quàm gubernatorum naualium eiusdem rectorem dicere possis. Equidem quotquot Alexandrum comitati, de rebus eius gestis aliquid scripsere: hanc admiranda ueris ante habuerunt. monstris tamen narrationib. omnes eos hic superasse uideat: tamen interim quædam uerisimilia & memoratu digna dicere quæ etiam qui fidem ei deroganti, non præterirent. Sunt & alij qui dicunt dracones in Emodis montibus capi, & in speluncis enutriti. Porrò autem inter Hydaspem & Acesinem est Pori terra, multa sanè & opulenta, ccc ferè urbium. Item sylua ad Emodos montes, ex qua Alexander multam abietem, & pinum & cedrum, & uarios alios candices nauibus compingendis idoneos in Hydaspem deduxit, ex quibus classem construxit iuxta urbes in utraque fluminis ripa à se conditas, ubi eo transmissio Pori uicit. quarum alteram Bucephaliæ nominauit, ab equo qui in eo prælio cecidit. Is Bucephalus à latitudine frontis quasi bouis capite præditus, dictus est, quo semper Alexander in certaminibus utebatur: erat enim bellator optimus. Alteram Nicæam à uictoria appellauit. Dicunt esse in ea sylua maximam ingentium cercopithecorum, id est candatarum simiarum multitudinem, adeo ut cum Macedones aliquando multos in collibus quibusdam apertis uidissent ordinibus stare instructis (nam id animal ad humanum accedit captum, non minus quam elephantes.) exercitum putauerint esse, & in eos tanquam hostes contenderint: à Taxilo autem qui tum cum Alexandro erat, recognita cessasse. Hoc animal duobus capitum modis. Nam cum imitari omnia soleat, & in arbores fugiant, uenatores cum eas in arboribus insidere animaduertunt, catinum aqua plenum in conspectu ponunt, oculos sibi ex ea abluentes, postea uisco pro aqua posito abeunt, atque eminens insidiantur, ubi animal ex arbore descenderit, & sese uisco illeuerit & conuiuenti palpebræ cohaerint, accedentes uiuum capiunt. Atque hic unus est modus. Alter est, culleolos quosdam in braccæ modum induunt, abeuntque alijs ibi relictis interius uillosis, & uisco illitis. Simiæ se his induentes, facile capiuntur. Sunt qui Catheam, Sopithis regionem, qui unus fuit è nomarchis (hoc est prouinciæ certarum regulis. inter hos annes locauerint. Quidam trans Acesinem, & Hyarotidem, finitimam terræ Pori, consobrini alterius Pori, qui ab Alexandro captus fuit. Regionem uerò quæ sub hoc est, Gandaridem uocant. Mirum maximè est, quod de honore pulchritudini tanto habito in Catheam narrant, ut equorum & canum. Onesicritus autor est, apud eos regem pulcherrimum eligi. Puerum uero

rò post duos à partu menses publicè iudicari, utrum legitimam formam habeat & uita
 dignam necne, eumque cum ab eo iudicatus fuerit, qui rei praeest, uel uiuere uel interimi.
 Tingi etiam barbas ibi multis uarijsque coloribus ornatus gratia. Multos uerò ex Indis
 id impensè facere. regionem enim colores admirabiles & capillis & uestibus tingendis
 ferre, & hos homines cetera frugales, ornatui nimiam operam dare. Catheorum id quo-
 que peculiare fertur, quod ut sponsus & sponsa se mutuò eligant. Item ut uxores cum ui-
 ris defunctis comburantur, ob hanc causam, quòd cum aliquando adolefcēculos adama-
 rent, à uiris secedebant, uel eos ueneno tollebant. Vt ergo ueneficia desinerent, hanc
 legem latam esse. quæ profectò lex & causa mihi non satis probabilis uidetur. Dicunt in
 terra Sopithis, in monte quodam sales effodi, qui toti Indix sufficere possint. Item auri
 & argenti metalla non longè in alijs montibus dicuntur egregia, ut Gorgus indicauit
 metallarius. Indi & metallorum & conflandi imperiti, quibus abundant nesciunt, idcir-
 co rem simplicius tractant. In eadem terra canes mirè bonos narrant. atque Alexandrum
 e & L canes à Sopithe accepisse. Tum ut periculum faceret, duos leoni immisisse: qui
 cum impares certamini essent, alios duos soluisse. ibi à quato iam certamine, Sopithes
 iussit, ut unus ex canibus crure apprehensus abstraheretur à morsu: & nisi obtempera-
 ret, crus amputaretur. quod Alexander primò non concessit, cani uidelicet parcens. Sed
 cum Sopithes diceret se quatuor pro uno daturum permisit. Canis uerò potius sibi crus
 incidilenta sectione passus est, quàm morsum dimitteret. Ceterum iter usque ad Hy-
 daspem magna ex parte erat ad meridiem, ceteriùs uerò ad orientem usque ad Hipanì,
 magis per montium radices quàm campos. quare cum Alexander ab Hypani ad Hyda-
 spem & nauale reuersus esset, classem coniunxit, postea per Hydaspem nauigauit. O-
 mnia prædicta flumina in unum intrant Indum, sed postremus Hypanis. quindécim di-
 cuntur esse uniuersa, mentione digna, quæ in Indum influunt, quibus omnibus auctus
 (ita quidem ad c stadia dilatari eum ut tradunt qui non moderatè loquuntur: modera-
 tiores, ad l summum, minimum ad vii. multæ aut gentes & urbes circa eum sunt.) postea
 duobus ostijs in australe mare se exonerat, & Pattalenam insulam facit. Alexandrum
 ut orientales partes omitteret, primò id mouit, quod prohiberetur Hypanim transire:
 deinde quod experientia intelligeret falsam esse famam, quæ antè obtinuerat campestris
 regionis exusta ignibus esse, & bestijs magis quàm hominum generi habitabilia, quapro-
 pter illis partibus omisissis, in has se contulit: eaque propterea sunt melius quam illæ co-
 gnitæ. Regio quæ inter Hypanim est & Hydaspem nouem nationes habere dicitur, ur-
 bes uerò ad 100, non minores Co in Meropide, quæ multitudo uera maior tradi uidetur.
 Quæ autem inter Indum est & Hydaspem, ea à quibus habitetur memoratu dignis, fe-
 re dictum est. Deinceps inferiùs habitant 7 Sibæ, de quibus ante dictum est, & Malli,
 & Oxydracæ, magnæ nationes. Malli sunt, apud quos Alexander mortis periculum a-
 diit in expugnatione oppidi cuiusdam uulneratus. Oxydracæ sunt, quos Bacchi cogna-
 tos diximus. Ad ipsam uerò iam Pattalenam Musicanì terram dicunt, & Sabutæ Sindona-
 liam, ac etiam Porticam terram, & gentes alias quas Alexander subegit, fluuialem Indi
 regionem habitantes. Vltima est Pattalena, quam Indus facit in duos alueos diuisus. A-
 ristobulus ait, mille stadijs eos inter se distare: Nearchus addit octingenta. Onesicritus
 unumquodque latus compræhensæ insulæ, quæ figuram triangulam habet, 615 615 sta-
 diorum dicit: fluminis latitudinem, ubi in alueos scinditur ad stadia cc, & eam insulam
 Delta nominat Aegyptioque asserit Delta æqualem, quod uerum non est. Nam Aegy-
 ptium Delta mille & cc aut ccc stadiorum basim habere dicitur, laterum utrunque mi-
 nus basi. In Pattalena urbs est insignis nomine Pattala, unde insulæ nomen. Onesicritus
 dicit finitimam oram magna ex parte palustrem esse, præsertim circa fluminum ostia,
 propter lutum quod defertur, & maris affluxum, & quia à terra uenti non spirant, sed lo-
 ca hæc à marinis flatibus occupantur. Multus est etiam in Musicanì terra commendan-
 da, nonnulla incolis eius cum alijs Indis communia memorans, ut de longitudine uitæ,
 quod centum & triginta uiuāt annos. Nam & Seres his longæuiiores dicuntur. Item de
 uite frugalitate, & salubritate, quanquam regio rebus omnibus abundet. Id eis propri-
 um est quod Laconicorum in morem sysitiorum cibum in publico capiunt. Item quòd
 Y opsonium

Gentes ad Indu.

Pattalena.

opsonium uenatione quarunt: & auro & argento non utuntur quanquam metallis abundant. Item quod adolescentibus ætate integris loco seruorum utuntur, quemadmodum Cretenses Aphamiotis, & Lacones Helotibus utebantur. Item quod nullas artes exquisitè discunt, præter medicinam, nam in quibusdam nimium exerceri, ut in bellicis ac similibus, maleficium putant. Ac quod iudicium ijs non est nisi cadis & contumeliæ, cum homo præstare non possit, ne ijs adficiatur. quæ uerò in contractibus fiunt, ea sint penes unumquemque, ideo ferendum esse, si quis fidem uiolarit: sed uidendum cui credatur, & non implendam esse urbem controuersijs. Hæc ab ijs traduntur, qui cum Alexandro militarunt. Edita est etiam epistola quædam Crateri ad matrem Aristopatram scripta, quæ cum aliâ permulta admirabilia narrat, tum cum nullo concordat. Quin etiam refert Alexandrum ad Gangem usque processisse, & ipse se uidisse id flumen affirmat, & cetera in eo, eiusque de magnitudine & latitudine & profunditate, remotiora à fide, quàm probabiliora perhibet. Quippe Gangem maximum esse omnium fluminum, quæ in tribus continentibus memorantur, proximum ab eo Indum, tertium Istrum, quartum Nilum, satis consentitur. singulari uerò alij aliter tradunt. Quidam minimum eius latitudinem triginta stadiorum dicunt, quidam trium. Megasthenes eum, ubi mediocris est, ad octo stadia amplum tradit: minimam uerò profunditatem uiginti ulnarum. In huius & alius fluminis concursu sita esse Palibothra, octoginta stadiorum longitudine, latitudine xv, figura quadrangula, lateribus oppositis eandem ubique seruantibus distantiam: mœnibus ligneis & perforatis circumdatam, ita ut per foramina sagittent. Præpositam esse etiam fossam tutelæ gratia, & recipiendorum purgamentorum ex urbe affluentium. Gentem in qua urbs est Prasios uocari omnibus præstantem alijs. Eius regem præter proprium nomen quod à naralib. habet, de nomine urbis Palibothrum appellari: quemadmodum & Sâdrocottum, ad quem missus Megasthenes fuit. Idem apud Parthos fit. omnes enim Arsacæ nominantur: priuatim uerò alius Orodes, alius Phraates, alius aliter. Sanè quæ trans Hypaniam est regio, eam optimam esse in confesso habetur. Verum de his nihil accuratè & certò traditur, sed propter ignorantiam & longinquitatem, inflatius ac portentosius omnia narrantur: ut quæ de formicis perhibentur aurum effodientibus, & de bestijs alijs, & hominibus qui peculiare quasdam formas & singulares uires habeant, nam Seres tam longæ dicuntur uitæ, ut ducentissimum annum excedant. Ferunt etiam quendam optimatum ordinem remp. gubernare ex quinque millibus consiliariorum constantem, quorum quisque elephantem reipublicæ præbeat. Megasthenes autor est, Tigres apud Prasios gigni, magnitudine duplos fere ad leonem, adeo robustos ut unus de mansuetis à quatuor hominibus ductus: mulum posteriore pede apprehenderit atque ad se pertraheret. Cercopithecus uerò maximis canibus maiores, & totos albos præter faciem, quæ nigra est (cum apud alios contrarium fit.) caudæ longitudine supra duos cubitos, ceterum mansuetissimos esse, neque malignè insidiari aut furari. Lapides quoque effodi thureo colore, sicu & melle dulciores. Quibusdam in locis serpentes esse binorum cubitorum, membraneis alis ut uespertilio, eos per noctem uolare, & lotij aut sudoris stillas demittere, quæ non cauentium eas corpora computrescere cogant. Item scorpiones uolucres ingentes. Nasci quoque hebenum. Canes etiam esse ualidissimos, qui quod mordicus corripuerint, non ante dimittant, quàm aqua naribus infundatur: nonnullis præuehementia in morfu oculos distorqueri, quibusdam etiam excidere. leonem & taurum à cane detineri, taurum mori rostro comprehensum, priusquam dimittatur. In regione montana, Siliam flumen esse, cui nihil innatet: quanquam id Democritus non credat, qui bonam partem Asiæ peragravit, sed nec Aristoteles id concedit: & si aëres quidam sint adeo tenues, ut nulla in eis uolatilia inuehantur. Nonnulla uerò uapores exhalatos ad se trahunt, & hoc modo subuolantia ab ijs absorbentur: quemadmodum electrum paleam, & sideritis ferrum ad se rapit. ut fortassis aliquæ eiusmodi uires etiã in aqua sint. Sed hæc ad physiologiam pertinent, & ad ea quæ de rebus superuehementibus traduntur. quare in eorum tractatione considerantur: nunc ijs omisis ea persequamur, & quæ ad geographiam propius attinent. Dicunt totam Indorum multitudinem in septem genera diuidi, quorum philosophi

phi honore antecedunt, numero uero paucissimi sunt. utuntur eorum unoquoque priuatim, qui mactant & sacrificant: publice uero reges in eo conuentu, qui maximus apud eos fit: cum nouo anno incipiente, philosophi omnes ad regis fores conueniunt, & quicquid quisque composuerit, uel obseruarit eo anno de fructibus, de animalibus, de re publica, in medium proferunt. Vbi quis falsus fuisse ter deprehenditur, ei per totam uitam lege silentium indicitur: qui uera dixerit, immunis & omni tributo exemptus habetur. Secundum genus agricolarum est, qui plurimi sunt, & probissimi. Hi ob immunitatem a militia, & securam opus faciendi licentiam, neque urbem, nec publicum negotium, nec ullum aliud munus attingunt, quam ob rem eodem tempore, & eodem loco alij pugnant, & cum hoste pedem conferunt: alij erant uel fodiunt sine ullo periculo, cum illos propugnatores habeant. Et cum regio tota sit regis, ipsi eam conducti excolunt, pacti mercedis loco quartam fructuum partem. Tertium genus est pastorum ac uenatorum, quibus solis & uenari & pascere pecora & uendere, & iumenta locare licet. pro eo autem quod terram bestiis liberant, & ab auibus semina legentibus dimensum frumenti a rege accipiunt, uagi errabundique uitam in tabernaculis agunt. Priuato homini equum & elephantem alere non licet. utrunque enim regis possessio censetur, suntque harum rerum curatores. Elephantum autem sic uenantur. Locum aliquem ab omni purgatum materia, quatuor aut quinque stadiorum profunda fossa circumdant: tum ingressum, ponte angustissimo iungunt. deinde tres quatuorue elephantes feminas de mansuetis immittunt. ipsi in tugurijs occulti insidiantur. Per diem syluestres non accedunt, nocte autem singulatim introeunt: quibus ingressis, uenatores clam aditum occidunt. Postea nonnullos e cicuribus certatoribus forissimos inducentes, cum illis pugnant, simul etiam fame eos defatigant. Cum uero iam defessi fuerint, aurigarum audacissimi clam descendentes quicquid sui elephantis uterum subeunt, atque hinc subito syluestrium uterum subeuntes, compedes illis iniiciunt. quo facto cicures instigant, ut uinctos uerberent. quousque in terram cadant. Postquam ceciderint, bubulis loris eorum colla ad domitorium colla adstringunt: & ne ascensores excutere possint, colla circumcidentes, in caesuris uincula imponunt, ut praedolore uinculis cedant, & quietem agant. De captis seliguntur quicunque uel senio, uel inuenta inutiles sunt. reliqui in stabula ducuntur, & pedibus inuicem uinctis, ac colla ad columnam ualide infixam fame domantur. deinde herba uel arundine uiridi reficiuntur, post cicurantur, alij oratione, alij cantu aliquo, uel tympani sonitu deliniti. Rari sunt, qui non facile mansuescant. Sunt enim a natura mites & mansueti, & ad rationem utentis animalis ingenium proximè accedunt. Quidam aurigas suos, qui in certamine ceciderint, e proelio efferunt. Quidam praeteriores pedes uterum subeuntes propugnando seruauerunt. Quod si quæ ex curatoribus magistris uel per iram interfecerint, adeo illum desiderant, ut praemore a cibo abstineant, interdum etiam sibi mortem consciscant. Elephantes coeunt, & pariunt ut equi plurimum uere. Mari coitus tempestiuus est, ubi domi detentus saeuire occipit, tunc enim pinguis quiddam emittit per spiramentum, quod ei secundum tempora est: femine, cum hic idem meatus apertus fuerit. Edunt partum cum tardissime, mense a conceptu decimo octauo, cum celerrime, sub sextum ac decimum. Sex annos a matre nutriuntur. Viuunt plerique quantum longauissimi homines, quidam etiam ad ducentiesimum perueniunt annum. Alioqui morbis obnoxij sunt, & quidem curatu difficilibus. Vitijs oculorum remedio est uaccæ lacte si perluantur, complures morbos uinum nigrum epotum curat. Vulneribus butyrum potum auxiliatur: (ferrum enim efficit.) ulcera suillis carnibus inuruntur. Onesicritus dicit eos ad trecentiesimum annum uiuere, raros ad quingentesimum: circiter ducentiesimum robustissimos esse, in utero gestare ad decennium. Maiores Lybicus ac ualidiores cum ipse, cum alij perhibent, cum proboscibus propugnaculi desiciant, & arbores radicitus euellant, in posteriores pedes erecti. Scribit Nearchus compedes in tramitum concursu quibusdam a uenatoribus disponi, & a mansuetis indomitos in eas agi, qui praestant, & ab auriga ducuntur. Adeo autem mansuescere, ut lapidem ad scopum iacere, & armis uti, & optimè natare ediscant, ut maxima possessio existimetur elephantis bigæ, duci enim sub iugo, ut camelos. Hoc dictum non consentit ei, qui a solo rege equum & elephantem possideri dixe-

*Elephantorum
historia.*

*Formicæ aurum
fodientes.*

rat. Formicarum autem aurum effodientium pelles uidisse idem ait, pardalis pelli per-
similes. Megasthenes de formicis ait, apud Derdas, quæ magna gens est Indorum mon-
tanorum, ad orientem expositorum, planiciem quandam montanam esse ter mille sta-
diorum ambitu, & sub ea aurifodinas, quas formicæ effodiant, uulpibus magnitudine
non minores, mira celeritate, uictum ex uenatione comparantes. Fodere autem terram
per hyemem, & ad ostiū accumulare, quemadmodum solent talpæ. Huius auri ramenta,
id enim sunt, parua decoctione egent. Vicini iumentis ea clam rapiunt. aperte enim non
possunt, prohibentibus formicis, quæ & pugnant, & fugientes insectantur, quos cum de-
prehenderint, unā cum iumentis interimunt. Ut ergo illas lateant, ferinas carnes
per loca plurima disponunt, itaq; ad prædam dissipatis formicis, auri ramenta ipsi aspor-
tant, & fusionis ignari cuicunque mercatori rudia diuendunt. Sed quoniam in hoc ser-
mone, quem de uenatoribus ac bestiis habemus, meminimus eorum quæ a Megasthe-
ne & ab alijs referuntur, hæc etiam sunt addenda. Nearchus & multitudinem & mali-
tiam reptilium mirum prædicat, quæ e campis in domicilia fugiant, si qua fluminum ex-
undationibus non operiuntur: atque eas impleant, & propterea cubilia hominum alta
esse dicit, nonnunquam etiam emigrare eos, nimis excrecente reptilium numero, & nisi
multitudo maxima ab aquis exstingueretur, regio deserta esset: Addit & paruitatem
eorum periculosam, & nimiam magnitudinem: alteram, quia non facile possint euitari:

Viperæ. alteram, quia sint uiolenta. cum quidem conspectæ sint uiperæ feminae sedecim cubito-
rum. Circumuagari incantatores, qui medicari putantur: & solam ferè hanc medicinam
esse. Nam propter uitæ frugalitatem, & uini abstinentiam, aut morbi non sunt: aut si qui
sunt, eos sophistæ curant. Aristobulus negat se uidisse ullam tantæ magnitudinis, præ-
ter solam nomen cubitorum & dodrantis uiperam. Nos in Aegypto uidimus eiusdem
ferè magnitudinis uiperam inde allatam. Viperas autem mares complures uidisse se affir-
mat, multo tamen minores. item scorpiones ingentes, Et nihil horum tam infestum esse ho-
mini, quam paruos serpentes palmari longitudine, qui & in uasis, & in tabernaculis, &
in sepibus occulti inueniantur: à quibus icti sanguinis profluuium ex omni meatu cum do-
lore maximo laborent: deinde pereant nisi citò subueniatur. Remedium propter Indica-
rum herbarum & medicamentorum uim facile esse. Addit in Indo flumine, & paucos cro-
codilos inueniri, nec hominibus infestos. Cætera uerò animalia quæ plurima sunt, eadē in eo gi-
gni, quæ in Nilo, præter hippopotamum. Onesicritus & eum in Indo nasci affirmat. Tra-
dit etiam Aristobulus nullum ex marinis piscibus in Nilum recurrere, præter alosam (si-
quidem ea est thrissa.) & mugilem, ac delphinum propter crocodilos, in Indum uerò per-
multos. Et esquilis (si ea sunt carides tamen.) paruas usq; ad montes ascendere, ma-
gnas usque ad Indi & Acesinæ concursus. Ac de bestiis quidem hæcenus: nunc ad Me-
gasthenē regressi reliqua explicemus. Post uenatores ac pastores, quartum genus ponit
eorum qui artes exercent: item institores, & quicunque corpore uictum quærunt. ho-
rū alij tributa pendunt ac statuta munia obeunt: alij uerò, ut sunt qui arma & naues fa-
bricantur, alimenta & stipendia ab rege habent, cui & soli operis suis seruiunt, arma mi-
litibus præbet exercitui præfectus, & classis præfectus naues nauigantibus, & mercatori-
bus precio locat. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus ociosi agunt,
in locis ab rege constitutis, ubi & uictus eis præbetur: ut cum opus sit, citò exeant, nihil
de suo afferentes præter corpora. Sexti sunt inspectores, quorū partes sunt ut quæ agun-
tur inspiciant, & regi omnia clam renuncient. Hi in urbe urbanas meretrices sibi adiutri-
ces adhibent, in castris uerò castrenses, deliguntur autem uiri optimi ac fidelissimi. Se-
ptimi sunt consiliarij & assessores regis à quibus & magistratus & iudicia, & rerum om-
nium administratio geritur. Non licet ex alio genere in aliud matrimonio contrahen-
do transire, aut ab unius generis institutis ad alius descendere: neq; simul pluribus se da-
re tractandis, nisi philosophus quis sit. huic enim ob uirtutem conceditur. De præfectis
Aediles Indorū. alij annonæ, alij urbi, alij militibus præsunt. Horum primi curant flumina, alij agrum me-
tiuntur, ut in Aegypto, & clausis aquæ ductibus præsunt, ut ex aquo omnibus aqua-
rum usus suppeditet. Iidem uenatorum curam gerunt, & præmij & supplicij pro meri-
tis potestatem habent, & tributa legunt, & artes inspiciunt, quæ terra exercentur, ut eo-
rum

rum qui ligna, uel domos, uel aë, uel metalla operantur. Conficiunt etiam uias, & per dena stadia lapidem locant, diuerticula, distantiasque indicantem. Urbani adiles in sex quinterniones sunt diuisi. Nam alij opificia inspiciunt, alij hospitum procurationem gerunt, hi hospitia distribunt, & hominum uictus uitam obseruant, & illis assecclas dant, & uel eos deducunt, uel defunctorum bona. Aegrotantium quoque curam habent, & mortuos sepeliunt. Tertij ortus hominum obitusque perscrutantur, & quando & quomodo euenerint: idque tributorum gratia, & ne boni maliue natiuitas, & mors lateant. Quarti circa cauponas & commercia uersantur. Hi mensurarum frugumque curam habent, ut consignata uendantur, neque sinant eundem plura commutare, nisi duplex uectigal persoluat. Quinti operibus locandis præ sunt, ea ob signata locantes, seorsum noua à ueteribus: quæ qui miscuerit, multam persoluit. Sexti & ultimi uenditarum rerum decimas exigunt: & qui uectigali remp. defraudauerit, capite plectitur. Ac priuatim quidem singuli hæc curant, publice uero & propria & ciuilia & publicam suppellectilem, & precia & forum, & portus & sacra. Post urbis præfectos est tertium collegium, quod circa rem militarem uersatur, ad eundem modum in quinterniones sex diuisum, quorum unum adiungunt clasis præfecto: secundum ei, qui bobus præest, quibus instrumenta & cibaria, & alia militiæ necessaria portantur, iidem ministros præbent, qui tympanis & tintinnabulis utuntur. item stratores & machinarum fabros, & horum famulos, quos pabulatum ad tintinnabulum emittit, præmio & supplicio celeritatem & securitatem eos condorefacientes tutela illis adhibita. Tertij peditum curam habent, quarti equorum, quinti curuum, sexti elephantorum. Equis ac cæteris bestiis regia stabula sunt, est & regium armamentarium, in quo arma adseruantur. Nam miles armaturam in armamentariū reddit: equum in equile: elephantum in suum item stabulum. His utuntur infranibus. Currus à bobus in itinere trahuntur, equi capistro ducuntur, ne pedes curribus iunctorum collidantur, ne ue eorum alacritatem currus hebetent. Currus præter aurigam uectores duos habet: elephas aurigam & tres sagittarios, Indi in uictu frugales, sunt præsertim in castris, & quia superuacaneis non delectantur, ornatu elegantius utuntur. De furtis altum apud eos silentium. Hinc est quod Megasthenes refert, se, cum in Sandrocotti castra uenisset, in quibus erant hominum cccc millia, nullam diem uidisse in qua ultra cc drachmarum præcium furta essent allata, cum legibus hæc quoque uterentur nō scriptis. Litteras enim nesciunt, sed memoriter omnia administrant. Tamen propter simplicitatem, ac uitæ frugalitatem res eis prosperè succedere. Vinum eos nō nisi in sacrificijs bibere, ex oryza confectum loco ordeo. Cibum quoque magna ex parte oryzam esse sordibilem. In legibus & contractibus maxime simplicitatem eo argui, quod non multum habeant litium. nam neque commissi, nec depositi iura ulla habere, nec testibus uti, nec sigillis, sed simpliciter credere, domum frequentius incustoditam habere. Atque hæc quidem omnia sunt continentia. Cætera non facile quis probauerit: ut quod soli degunt, quod non una omnibus, & cœnandi & prandendi hora est, sed ut cuique libet. quippe ad ciuilem socialemque uitam contraria sunt commodiora. De corporis exercitationibus præcipue frictionem probant, & maxime strigilibus hebeni glabris corpora læuigant. In tumulis & sepulturis faciendis perparci sunt, in cultu corporis contrā nimij. Nam & aurum gestant, & lapillis distincto ornatu utuntur, & sindones floridas induunt, & umbracula secum portant, etenim pulchritudinem excolentes, omnia faciunt quæ ad decorandam faciem pertinent. Veritatem atque uirtutem in precio habent. Itaque ætati senum prærogatiuā nullā tribuunt, nisi prudentia ij excellent. Multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt, pari boum emtas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis: & nisi castas esse cogant, scortari licet. Nemo ex Indis coronatus sacrificat, nec adolet, nec libat, neque iugulant uictimam. sed præcluso spiritu ne-
cant, ne quid mancum deo offeratur, sed integrum. Qui falsus testis deprehenditur, extremis partibus corporis multatur. Qui membro a quo quempiam orbauerit, non modo talionis pœnam subit, sed etiam manu truncatur. Quod si quis artificii manum, oculum uel ademerit, morte luit pœnas. Idem dicit neminem Indorum seruis uti. Onescritus id proprium eorum ait, qui sub Musicano sunt, & quidem ea re hos alijs præstare.

*Victus & mores
Indorum.*

Sacrificia.

quemadmodum & alia permulta eius nationis peculiaria & laudem primariam merentia commemorat, utpote iustissimæ. Regis corpus mulieres curant, eæ quoque de parentibus emtæ. Qui regem custodiunt, & reliquus exercitus manet extra portas. Si qua mulier regem ebrium occiderit, id præmij habet, ut cum illius successore iungatur, succedunt autem filij. Regi interdum dormire non licet nocte cogitur cubilia per horas mutare, idque propter insidias. Præter exitum regis ad bellum; alius est, cum ad ius dicendum exit, per diem totum audiens, etiam si hora sit ut corpus curet, id autem fit strigilum per frictione. nam simul & audit, & à tribus frictoribus perfricatur. Exit etiam ad sacrificia. Tertiò ad uenationem, ubi Bacchico more maxima mulierum caterua circumfunditur, stipatores exterius manent. Nam uia funibus obtexitur, quod si quis interius ad mulieres usque accedit, interficitur. Præcedunt regem tympana & tintinnabula. Cum in locis septis uenatur, è folio sagittat, assistentibus ei duabus tribus uel mulieribus armatis: cum in locis non clausit uenatur, sagittat ab elephante. Ex mulieribus aliæ curribus, aliæ equis, aliæ elephantis uehuntur: quæ ad modum & militiæ unæ sunt, militant omni armorum genere instructæ. Hæc certè cum nostris comparata, ualde sunt insolentia, magis etiã ista. Caucaasi habitatores ait palam cum mulieribus coire, & cognatorum carnibus uesci. Addit autem cercopithecus ibi esse, qui præcipitia incedentes, saxa contra insequentes detrudant. Animalia quæ apud nos mansueta sunt, apud illos magna ex parte fera esse. Equos ibi unicorneres reperiri ceruinis capitibus. Ex arundinib. erectas esse xxx ulnarum longitudine, humiles & tanta crassitudine, ut quibusdam diameter sit trium cubitorum, quibusdam quadrupla. Prolapsus deinde in fabulas ait, homines quosdam esse quinq; alios trium Spithamarum, quorum nonnulli naso careant, & duo tantum spiramenta supra os habeant, cum trispithamis grues pugnare: quod & Homerus significauerit: perdices item ijs infestos esse, anserum magnitudine. Illos gruum oua legere atque abolere. nam ibi nidificant, nec alibi eorum oua, nidiq; reperiuntur, sæpe etiam gruem ex istis regionibus euolasse, quæ aneam cuspidem haberet infixam, ibi accepto ictu. Similia sunt quæ de Enotocætis, qui auribus suis incubarent, & feris hominibus, ac monstris ceteris dicuntur. Sed feros homines ad Sandrocottum non esse perlatos, quod sibi mortem inedia consciuissent, eos calces antrorsum plantas & digitos pedum retrò auersos habere. Adductos fuisse quosdam carentes ore, mites homines, qui circa Gangis ortum habitent, & uaporibus assarum carniū & fructuum ac florum odoribus enutriantur, & pro ore spiracula quædam habeant. hos rebus foetidis oppidò grauari: ideoque uitam ægrè tolerare, præsertim in castris. De reliquis permultis philosophos narrasse, esse Ocypodas, quia cursu equos præuertant, ita dictos. quosdam Enotocætos, qui aures ad talos usque dependentes habeant, quibus indormiant, adeo fortes, ut arbores euellant, & neruum rumpant. Alios esse unoculos caninis auribus & crinibus erectis, pectore hispido, habentes oculum in media fronte. qui naso carent, omnia & cruda edere, & paruo tempore uiuentes, ante senectutem exstingui, & superiorem oris partem prominentem longè habere. De Hyperboreis qui mille annos uiuunt eadem dicere eos, quæ Simonides, & Pindarus, & alij fabularum scriptores. Fabula etiam est, quod Timagenes dicit, æneis guttis pluuisse ac eas confluisse. Propinquius ueritati est quod refert Megasthenes, flumina auri micæ deferre, ex quibus regi tributū aduehat. id enim etiã in liberia contingit. De philosophis narrat eos qui sunt mōtani, Bacchū celebrare, signa quædā ostendētes: quod solum apud eos agrestis uitis nascatur, & hedera, & laurus, & myrtus, & buxus, & alia semper uiuentia, quorum nullum sit trans Euphratem, præter pauca quædam in hortis amœnis, quæ multo cultu conseruetur. Bacchicum est etiam, lindonem & mitras gestare, & unguentis uti, & floribus tingi, & tympana ac tintinnabula exeuntem regem præcedere. Campestris uerò Herculem colere. Quæ profectò fabulosa sunt, & multis refutata, præsertim de uino ac uitibus. nam regio trans Euphratem & Armeniam uineas habet. Mesopotamia quidem tota & Media ac ceteræ regiones usque in Persiam, & Carmaniam, magna ex parte uitibus & uino abundant. De philosophis quoque diuisionem aliam instituit, duo genera eorum faciens, quorum unum Brachmanes, alterum

Brachmanes.

consen-

consentanea. Hi quamprimùm concepti sunt, uiros doctos curatores habent, qui & matri & concepto accedentes, in speciem quidem incantando proli ac matri foelicitatem conciliant: sed re uera quædam continentia præcepta dant. Matres quæ libenter eos audiant eò feliciores prole futuras existimant. postquam uerò nati sunt, alios atq; alios curatores fortiuntur. nam quo magis ætas adolescit, tanto elegantiores magistros succedunt. Philosophos istos ante urbem in luco degere, intra mediocrem ambitum quo cinguntur, frugaliter uiuere, super toris ac pellibus iacere animalibus ac Venere abstinere, serijs sermonibus intentos, & cum uolentibus audire communicantes. Auditori autem non licere nec loqui, nec screeare, aut exspuere, alioqui diem illam cœtu excludi, ut incontinentem. Et cum triginta & septem annos sic uixerint, in sua secedere, & laxius licentiusq; uiuere sindonem induere, aurum in manibus & auribus moderate gestare, & carnibus uesci animalium, quæ hominum opera non adiuuant, ab acribus & condimentis abstinere, quamplurimas ducere uxores, multiplicandæ prolis gratia. nam è pluribus plura etiam nasci bona. Seruis si careant, eorum uites ministerio liberorum suorum eos compensare. * cum proximè aduenerit, pluri opus habere apparatur. Brachmanas cum uxoribus non philosophari, ne si improbæ sint, aliquid quod efferri nefas sit, in profanos efferant: si probæ, uiros relinquunt. Nam qui uoluptatem ac dolorem, uitam ac mortem æquè contemnat, subditum esse alteri nolle, huiusmodi autem esse probum & probam. Plurimas eorum de morte disputationes esse. Nam hanc uitam habendam esse, quasi recens conceptorū hominum statum. mortē uerò partū in ueram illā & foelicem uitam, ijs qui rectè philosophati sint, propterea eos multa exercitatione se ad mortem præparare, nihil eorum quæ hominibus accidere dicuntur, bonum esse uel malum, neque enim futurum, ut iisdem è rebus alij molestiam, alij gaudium caperent somni: similes opinionones cōcipiētes: ut uē iisdē interdū auferentur interdū immutati gauderent. Eorū uerò quæ ad naturæ cognitionē pertinent, quædam dicit stultitiam ab eis censerī: ut qui factis quam uerbis malint se bonos demonstrare. De multis uerò cum Græcis sentire, ut quod mūdus sit ortus, & interiturus, & sphaericus: & quod conditor & administrator eius deus uniuersum eū peruadat. uniuersarum rerum primordia diuersa esse, mundi autem aquam, & præter quatuor elementa, quintam quandam naturam esse, ex qua cœlum astraq; consent, terram in medio sitam uniuersi, de semine, de anima, alijsq; compluribus similia eos dicere, texere etiam fabulas quasdam, quemadmodum Plato, de immortalitate animæ, & de iudicijs, quæ apud inferos fiunt, & alia huiusmodi non pauca. Ac de Brachmanis quidem hætenus. Germanum eos honoratissimos ait, qui Hylobij appellantur, ex eo quod in syluis degunt, è frondibus & syluestribus fructibus uiuentes, uistem ex arborum corticibus habentes, uini & Veneris expertes hos cū regibus de causis rerum interrogantibus per numeros colloqui, & per illos diuina à regibus coli & placari. Post syluicolas in honore medicos esse, ut qui circa hominem philosophentur, frugales quidem, non tamen sub diuo degentes, oryza & farina uiuentes, quæ nemo rogatus illis non argiatur, nemo hospitio non libenter suscipiat. Posse eos & foecundos facere, & marium & feminarum procreationem medicamentis præstare. Medicinam plurimum per cibos perfici, non autem per medicamenta, ex medicamentis maximè unctiones probari, & cataplasmata. quod cætera maleficij non sint expertia. Atque tam hos quam illos, & in laboribus & tolerantia constantiam exercere, adeo ut quotidie in eodem gestu immoti perseverent. Alios esse quosdam diuinatores, incantatoresq; & rituum. eorumq; quæ de defunctis feruntur non ignaros, errantes per uicos & urbes. alios uerò his elegantiores atque urbaniores, qui nec ipsi abstineant ab ijs, quæ de inferis memorantur, quæ ad pietatem sanctimoniamq; pertinent. Cū horum etiam nonnullis mulieres philosophari, à ueneris abstinentes. Aristobulus uidisse se dicit sophistas duos è Taxilis, utrosq; Brachmanes: alterum senioreni tonsum, alterum iuniorem comatum. utrunque discipulis comitatum fuisse, solitos reliquo tempore in foro uersari, & ut consiliarijs honorem hūc habitum, ut quicquid ex rebus uenalibus uellent, id gratis auferre * liceret, & ad quemcunque accesserint, sesamino oleo eum fudisse, ut usque ad oculos flueret, & multo melle ac sesamo præsentē, panem conficientes, gratis enutritos. Cumq; etiam

etiam ad Alexandri mensam accederent, assistentes coenasse, & tolerantiam docuisse. nam in locum quandam proximum cum secessissent, seniore supinum & solem & imbres pertulisse: iam enim pluebat, uere incipiente. Iunior uero in altero pede stantem lignum tricubitale ambabus manibus sublatum sustentasse, pede autem iam defesso, alteri innixum, atque ita totum diem perseuerasse. Ex his longè continentior uisum fuisse iunior, qui cum aliquandiu regem secutus fuisset, domum reuersus est: & eo relicto, iussit si quid uellet ad se uenire, alterum usque ad extremum secutum, & uisum & uitam apud regem immutasse: & cum à quibusdam increparetur, respondisse, quadraginta exercitationis annos se complexisse quos promississet Alexandrum filijs eius dona plurima dedisse. Taxilarum consuetudines idem insolentes quasdam refert. Qui filias præ inopia locare non possunt, in ipso ætatis flore in forum eas producere, cum tuba & clasicis, quibus bello signum dari solet, tum multitudine conuocata, puellam accedendi primum posteriora humero tenus detegere, postea uero anteriora: ubi placuit, certis conditionibus approbatis nubere. Item mortuos uulturibus proijci. Plures autem uxores habere, quod cum multis habet commune. Dicit etiam audiuisse apud quosdam uxores sponte cum uiris comburi: quæ id non ferant, inglorias esse, quæ & de alijs perhibentur. Onesicritus missum se scribit, ut cum sophistis colloqueretur. Etenim Alexandrum audiuisse, nudos eos incedere, & tolerantiam exercentes, in honore maximo haberi, ad alios autem si uocarentur non ire, sed iubere ut ad se uenirent, si quid assequi uellent, quod ab eis ageretur & diceretur. proinde cum essent tales, & neque sibi decorum putaret Alexâder ad illos accedere, nec uellet inuitos cogere, ut quicquam facerent præter patriâ instituta: se missum inquit. Inuenisse autem se quindecim homines uiginti stadijs ab urbe, alium in alio gestu, uel stantem uel sedentem, uel iacentem nudum, & usque ad uesperam immotum, postea in urbem discedentem. Omnium uero difficilimum esse solem perpeti adeo calidum, ut nemo alius nudis pedib. in meridie terram calcare sustineret. Collocutum sextum uno eorum nomine Calano, qui postea usque in Persiam Alexandrum secutus, secundum patriam legem mortuus est, in rogi impositus: tunc autem fortè lapidibus incubabat. itaque accelsisse, & eum appellasse ac dixisse, Missum se ab Alexandro eorum sapientiam auditum, & regi renunciatum: quare se paratum audire, nisi quid obstar. At Calanum, cum chlamydem, & causiam, ac crepidas indutum conspexisset, risu sublato ita fatum. Olim omnia plena erant triticeæ & hordeæ farinæ, ut nunc pulueris fontes, alij lacte, alij aqua fluebant, nonnulli melle, alij uino, quidam oleo. Homines autem ob satietatem ac luxuriam ad contumeliam se transiderunt. Iupiter itaque præsentem statum exosus, omnia aboleuit, & uitam per laborem degendam instituit. Tunc temperantia & uirtutibus cæteris in medium prodeuntibus, rursum bonorum copia facta est. Nanciam res penè ad saturitatem contumeliâque rediit, ac periculum est ne rerum omnium interitus impendeat. Quæ cum dixisset, iussisse, si quid uellet audire, ut eo habitu deposito, super iisdem lapidibus nudus iaceret. Se autem animi dubio, Mandanum, qui cæteros anteibat ætate pariter atque sapientia, Calanum obiurgasse, qui contumeliam culpans, ipse contumeliosè ageret. Sibi ad se uocato dixisse. Summopere quidem Alexandrum laudo, quod in tanta administrandi imperij mole sapientiam expetit, quem solum ego in armis philosophantem uidi. Longè utilissimum fuerit, si nō sapiant, quibus potestas est uolentibus continentiam persuadendi, inuitos autem ad eam cogendi. Mihi autem (aiebat.) uenia debetur, si per tres interpretes colloquens, qui præter uocem plebeio quouis nihil amplius intelligunt, non possum nostræ sapientiæ uisum ei demonstrare, nam perinde res habet, ac si quis postularet limpida aquam per cœnum delabi. Omnia itaque dicta Mandanis eo pertinuisse. Eam esse optimam doctrinam, quæ uoluptatem molestiamque animo eximeret, molestiam à labore differre, quod illa ei esset inimica, alter uero amicissimus. Ipsos corpora ad laborem exercere, ut mentes confirmetur, quibus motus sedentur, & bona omnibus consulendi publicè priuatimque facultas adesset. quomodo etiam nunc Alexandrum instituturi essent, ut & meliori rectè obtemperare, & deteriorem reddere meliorem possit. Post hæc interrogasse, num talia etiam apud Græcos dicerentur? Cumque respondisset ipse,

Gymnosophistæ
philosophia.

ipse, eadem Pythagoram docere, ac iubere ab animalibus abstinere, tum Socratem & Diogenem quæ ipse audisset, intulisse Mandanum. Sane prudenter eos de cæteris rebus sentire existimo, in uno autem errare, quod legem anteponunt naturæ. alias enim non puderet eos nostro more nudos degere, & tenui uictu esse contentos. cum ea optima domus sit, quæ minimo apparatu indigeat. Addidit multa se de natura, de signis, de imbribus, de siccitatibus, de morbis denique inquirere. Abeuntes uero in urbem per fora dispergi: & quemcunque offenderint ficus uel uuas ferentem, ab eo gratis capere, si oleum fuerit, eo perfundi, & inungi. omnem domum diuitum sibi patere usque in mulierum conclauia, ingressos autem in cœnæ, & sermonum communicationum adhibere. Turpe apud eos putari corporis morbum: quem si quis ueretur, seipsum igni e uita educit, nam constructo iogo super eum perunctus sedet, & accendi iubens immotus comburitur. Nearchus de Sophistis ita loquitur. Brachmanas in ciuitatibus uersari, & reges sequi, & eorum consiliarios esse: ceteros uero quæ ad naturam pertinent contemplari: & ex his Calanum fuisse, cum eis una mulieres philosophari, & omnium uitas durissimas esse. De institutis uero aliorum hæc prodit. Leges esse non scriptas, alias communes, alias proprias, quæ ab aliorum legibus ualde sint alienæ. ut quod apud nonnullos uirgines præmium proponantur pugillatione uincenti, & sine dote nubant, & quod alij quidam per cognationes & communiter agros colant: & cum fructus colligunt, quisque onus suum tolat in anni alimenta: reliquum uero clement, ne ociosi sint, sed habeant laborandi causam. Armaturam esse arcum & sagittas tricubitales, uel tragulam, & peltam, & gladium latum tricubitalem, capistris, pro frenis uti, quæ a camis non multum differat. Item labia claris perforari. Monstraturus porro Indos ualde studiosos esse artium, dicit eos spongia apud Macedonas uisa, statim eam imitatos fuisse, pilos & funiculos subtiles, & licia in laenam conscientes: & cum impleuissent, partim traxisse, quæ autem coloribus tingerent. Item subito multos strigilum & lecythorum opifices exstitisse, epistolas in sindonibus scribere per elegantes, cum alij negent ullis eos uti litteris. Aere fuso uti ductili nequaquam, causam uero non dixit, cum tamen absurditatem consequentem dixisset, quod uasa decidentia fictilium more frangantur. Inter ea, quæ de India memorantur, illud quoque est, quod apud eos mos est, & reges, & omnes qui in potestate aliqua sunt, uoto facto adorari, non autem poplite flexo honorari. Hæc regio lapides preciosos fert, ut crystallum, & uarios carbunculos, & margaritas. Dissensionis scriptorum inter se argumentum sumto, quæ de Calano ij narrant. Etenim cum Alexandro fuisse, & igne mortem sibi consciuisset, uno omnes ore dicunt. modum uero non eundem omnes dicunt, nec easdem causas. Quidam tradunt eum tanquam regis prædicatorem secutum fuisse eum ultra Indiarum fines, præter communem aliorum philosophorum consuetudinem: qui Indiarum regibus assunt, ea præcipientes quæ ad deorum cultum pertinent, quomodo Magi Persarum regibus solent. Cumque apud Pasargadas ægrotaret (nam tum primum eum morbus inuasit.) seipsum uita soluisset, annos natum LXXIII, regis precibus non curatis. Facto enim rogo, & aurea lectica superimposita, illum in ea cubisse, uelatoque corpore ombustum fuisse. Alij eum in lignea domo frondibus plena, & pyra super tabulato constructa inclusum uti iusserat, pompa peracta se ut trabem in ignem iniecisse, & cum domo deflagasse. Megasthenes nullum philosophis decretum esse de morte sibi consciscenda affirmat. Sed temerarios haberi, qui hoc in se admittant, ac natura quidem duos, in uulnus uel precipitium ferri: doloris patientes in profundum maris: doloris impatientissimos strangula, & igneos in ignem detrudi, ac talem Calanum fuisse, incontinentem sanè hominem, & mensæ Alexandri mancipium. Ea propter hunc uituperari, Mandanum summopere laudari. is cum Alexandri nuntij eum ad louis filium uocarent, & parenti dona pollicerentur, dicto non audienti minarentur cruciatum: respondit, neque illum louis filium esse, quinè minimæ quidem terrarum parti imperaret: nec se illius dona requirere, qui saturari non posset nec minis terreri, cum uiuens satis ab India nutriatur, mortuus uero ab attrita iam senio carne liberetur, in meliorem purioremque uitam transmigrans. itaque & ab Alexandro laudatum dicit, & missum factum. Porro hæc etiam a scriptoribus dicuntur, ab Indis louem pluuialem, & Gangem flumen, & indigetes genios coli, & cum eorum rex

capillos abluſit, magnam feſtiuitatem celebrari, & maxima dona mitti, diuitias ſuas certatim oſtendantum. Addunt nonnullas ex auriferis formicis alatas eſſe, & flumina auri ramenta deferre, ut in Iberia. In ſolennibus pompis multos elephantes mitti, auro & argento ornatos, & multas quadrigas, & bouum paria, deinde exercitum inſtructum ſequi, & ingētes lebetes deauratos, & magnos crateras, & menſas ex Indico aere, & ſellas, & pocula, & labra: ſerē omnia ſmaragdis & beryllis, & Indicis carbunculis diſtincta. Item uestem uariam auroque intertextam, * & pardales, & leones mites, & uariarum ele-ganterque canentium auſum multitudinem. Clitarchus refert, magnis præditas frondibus arbores in plauiſtris quaternarum rotarum deportari, & ex eis aues manſuetas excuti, quarum canoriſſimum dicit orionem, aſpectu pulcherrimum, atque uarium, catreum nomine ſpeciem pauoni perſimilem. reliqua treio imaginis pictura ab illo ſumēda eſt.

Pramne. Brachmanis Pramnas philoſophos opponunt, contentioſum genus hominum & arguendo deditum. Brachmanas etiam quod phyſiologiam & aſtronomiam exerceant, ab illis ut ſtultos & oſtentatores derideri. Horum alios montanos, alios gymnetas, alios ciuiles ac domeſticos appellari. montanos pellibus ceruorum uti, & peras radicibus & medicamentis plenas geſtare, ac medicinam, incantationes amuletisque profiteri. Gymnetas nudos degere, quod nomine ipſorum ſignificatur, & magna ex parte ſub dio tolerantiam, quam prius diximus, uſque ad xxx & ſeptimum annum exercere. Mulieres cum eis uiuere, non tamen permisceri. Atque hos in admiratione maxima haberi. Quos uerò ciuiles diximus, ſindonem geſtare, & in urbe uel in agro degere, hinnulorum uel damarum pellibus amiſtos. Et (ut uerbo dicam.) Indos ueste candida, & ſindonibus candidis, & carbasis uti, ſecus quam ab his tradatur, qui eos dicunt uestes coloribus apprimē infectas geſtare, comam & barbam, alere uniuerſos, & crinem intricatum mitra redimere. Artemidorus tradit Gangem ex Emodis montibus ad austrum deferri: & cū ad Gangem urbem peruenerit, conuerti ad ortum uſque Palibothra, atque oſtia. Oenadem porro unum ex iſis nominat, qui in hanc influunt, nutritique in eo crocodilos, & delphinas. addit & alia quædam, ſed ita confuſe ac frigide, ut non ſit eorum habenda ratio. His ea adijci poſſunt, quæ à Nicolao Damasceno dicuntur. Narrat hic ſe Antiochia, quæ apud Daphnem eſt, Indorum legatos uidiſſe, qui ad Cæſarem Auguſtum uenerant. In epiſtola quidem plures fuiſſe memoratos: ſed tres tantum ſuperfuiſſe, quos uidiſſe ſe ait: cæteris longitudine uitæ magna ex parte abuſumtis. Epiſtolam Græcam fuiſſe in membrana ſcriptam, in qua ſignificaretur Porum eſſe, qui ſcriberet ſe, etſi ſexcentis regibus imperaret. Cæſaris tamen amiciciam magni pendere, & paratum ſe quocumque uoluerit aditum concedere, & in quibuſcunque rectum fuerit opitulari. Hæc dicit in epiſtola contineri. Allata præterea eſſe dona ab octo ſeruis nudis ſubliganda indutis, 10 & aromatibus delibutis. Ea fuiſſe, Hermân a puero brachia ab humeris truncatum, quem nos uidimus. tum uiperas ingentes & ſerpentem decem cubitorum & teſtudinem fluuialem trium cubitorum, & perdicem uulturæ maiorem. Aderat etiam, ut aiunt, is qui ſe Athenis concremauit, quod alij in rebus aduerſis facere dicuntur, ut præſentia mala effugiant, alij in rebus ſecundis quemadmodum hic. nam cum omnia ex ſententia adhuc ſuccelſiſſent. abeundum ſibi eſſe uita cenſuiſſe, ne quid aduerſi accideret immoranti. Adeoque ridentem eum & nudum & unctum in rogam ille affirmat, & inſcriptum fuiſſe ſepulcro: Hic iacet Zarmano-chagas Indus, eſt Bargofa, qui ſecundum patriam Indorum conſuetudinem ſe uita eduxit. Poſt Indiā eſt Ariana, prima regionis pars, quæ poſt Indum Perſis obtemperat, & ſuperiorum ſatrapiarum, quæ extra Taurum ſunt. Ab aſtro & ſeptentrione eodem mari, & eiſdem montibus terminatur, quibus India, & eodem flumine Indo, qui inter eam fluit, atque Indiam. hinc uerò ad occidentem porrigitur uſque ad lineam, quæ à Caſpijs portis in Carmaniam deſcribitur: ut quadrilatera ſit figura. Auſtrale itaque latus ab Indi & Pattalene oſtijs incipit. deſinit autem Carmaniam uerſus & Perſici ſinus os, habens promontorium ad austrum ſatis longè porrectum expoſitum. Poſtea in ſinum deſcendit uſque in Perſiam. In ea primum Arbies habitant, eodem nomine quo Arbis flumen appellati, quod eos à ſequentibus Oritis deiungit, mille ſerē ſtadiorum oram habentes, ut Nearchus ait, quæ & ipſa Indorum parſeſt. Poſtea ſunt Oritæ, gens liberæ conditio-

NONA ASIAE TA-

BVLA CONTINETARIAM, PARO-

PANISADAS, DRANGIANAM, ARACHOSIAM ET GEDROSI-

am. Parallelus eius medius rationem habet ad meridianum, quam

tredecim ad quindecim. Circumscribitur autem tabula ab ortu


India, à meridie Indico pelago, & ab occasu utraq; Cara-

mania & Parthia. Ab arctis, Margia-

na & Bactriana.

		H.	m.	H.	m.
Civitates in- signes	Aria	Habet diem maximum.	14	26	3 0
			14	45	2 55
	Paropanisadum		14	30	3 20
			14	27	3 40
	Drangiane		14	26	3 50
			14	20	3 20
	Arachosie		13	50	3 14
			14	6	3 36
	Gedrosie		14	0	3 51
			13	45	3 20
	Arbis		13	45	3 40
			13	30	3 0

Z 2 TAB V.



nis, quorum præternauigatio CICDCCC stadiorum est. Inde Ichthyophagorum (qui sic ab elu piscium dicuntur.) ora septem millium & quadringentorum stadiorum. Hinc Carmaniorum, ter mille & septingentorum usque in Persiam, ut in uniuersum stadia sint $\text{CCICD CICD ICDCCCC}$. Ichthyophagorum regio mari uicina est, & magna ex parte arboribus caret, penuria in ea palmarum, acanthi, myricæ, aquarum & domestici cibi maxima est. Vescuntur piscibus, tum ipsi, tum eorum pecora, & aquas pluuiæ e puteis fossis haustas potant, pecorum carnes piscibus præferunt. * Domos ex ossibus cetorum & ostræorum conchis magna ex parte faciunt. nam trabium & fulcrorum usum costæ præstant, portas maxillæ, e uertebrijs fiunt mortaria, in quibus pisces tundunt, ad solem assatos postea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes. Nam & molas habent, quanquam ferro carentes. Atque hoc quidem haud adeo mirum est, cum id aliunde afferri possit. sed quomodo attritas reficiunt? nimirum lapidibus ijs, quibus & sagittas, & missilia præusta exacuunt, pisces partim in furnis assant, plerosque crudos edunt. * Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis. Supra hos est Gedrosia, minus quam India exusta, quam reliqua Asia magis. Ea fructuum & aquarum inopia laborat, nisiestate, nec multo melior est, quam regio Ichthyophagorum: fert tamen aromata, præcipue nardum & myrrham, ut Alexandri exercitus his protecto & stratis uteretur, odoratiorem simul ac salubriorem aërem habens. Ac de industria quidem sub æstiuum tempus ex India discessere. tunc enim Gedrosia imbribus abundat, & flumina ac cisternæ implentur, hyeme deficiunt. Cadunt imbres in superioribus ac septentrioni obuersis partibus, in locis montanis, unde fluminibus auctis campi mari proximi irrigantur, & cisternæ abundant. Alexander qui eas effoderent in deserta præmisit, & eos qui sibi & clauis mansiones pararent. Nam copijs trifariam diuisis, ipse cum exercitus parte per Gedrosiam profectus est, à mari quingentis stadijs, ubi plurimum, iter faciens ut simul & clasioram commodam pararet, sæpe etiam mari appropinquauit, ramet si id inopes difficilisque & asperas actas habebat. partem cum Cratæro præmisit per mediterranea, ut & Ariannam subigeret, & in eadem loca procederet, in quæ ipse iter erat factururus, classem autem Nearchi tradidit, & Onesicrito gubernatorum profecto, iubens compositè sequi, & ipsius iter à latere comitari. Et quidem Nearchus refert, iam rege iter peragente, ipsum in autumno sub uespertinum exortum Virgiliarum nauigationem cepisse, cum non dum apti uenti spirarent: Barbaris ipsos ad orientibus, atque expellentibus iam enim abeunte rege animos receperant, ac libertatem affectabant. Craterus ab Hydaspæ mouens, per Arachotos, & Drangas in Carmaniam profectus est. Alexander per sterilem terram proficiscens toto itinere miseras tolerauit. e longinquo tamen parua quædam & rara ueniebant alimenta. itaque exercitus fame premebatur, & iumenta deficiebant, & in uijs & in castris impedimenta relinquebantur tamen. palmarum & fructus, & cerebrum saluti fuerunt. Dicunt Alexandrum, quamuis difficultates istas præsciret, tamen ambitione motum pertendisse. ut cum fama obtineret Semiramim cum xx hominibus ex India fuga euasisse. Cyrum uero cū vii: ipse uictor per eadem loca tantum exercitum incolumen reduxisse iactaretur. Præter inopiam, grauis erat etiam æstus & arenæ profunditas atque ardor, nonnullis in locis arenæ cumuli inueniebantur, unde non modò difficulter pedes referri poterant, sed & tãquam in aliquo profundo adscendendum descendendumque erat. Adhæc etiam itinera longa fieri oportebat, propter cisternas, ducentenùm quadrigentum uel stadiorum nonnunquam etiam sexcentuùm: & ea ferè nocturna. Castra procul ab aquis ponebant, sæpe ad ccc stadium, ne propter sitim ubertim biberent milites. Nam multi aquam nacti armati in eam se immergebant: unde intumefacti, examines fluctabant, & aquas, non profundas eas, contaminabant. Alij ob solis æstum siti confecti, in media uia iacebant, deinde tremuli inter manuum ac pedum quassationem moriebantur, quomodo alij, qui rigore atque horrore detinentur. Quibusdam etiam euenit, ut à uia descedentes obdormirent, somno & lassitudine superati: unde postea uiarum errore, & omnium rerum egestate æstuque peribant. Fuere, qui post multas arumnas ad suos euaderent. Illuies quoque torrentis per noctem ingruentis, multa corpora, & utensilia obruit, & magnam partem regiæ suppellectilis. Sæpe uiarum duces ob locorum imperitiam

tiam in mediterranea diuerterunt, adeo ut non amplius mare appareret. Quod rex intelligens, mox ad quærendum litus properauit. in quo postquam effodienti aqua potui idonea inuenta est, exercitum properè accersit, ac deinceps usque ad diem septimum per litoream regionem profectus est, aquis abundans: postea in mediterraneam reuertit. Erat planta lauro similis, qua gustata, iumenta spumantia & comitiali correpta morbo moriebantur. Spina quædam fructibus in terram fuis, quemadmodum cucumeres iacent, erat succo plena: cuius stillæ si in oculos alicuius animalis incidissent, id excæbatur. Crudæ palmulæ multos enecabāt. A serpentibus etiā periculum aderat. Nā in arenæ cumulis herba quædam innata, serpentes occultabat: à quibus icti, illico moriebantur. Dicunt apud Oritas, lethiferis uenenis sagittas præuistas illini. Cumque Ptolemæus saucius periclitaretur, ferunt quendam Alexandro in somno astitisse, atque ei radicem cum ramo ostendisse, quam contritam saucia imponi iuberet. experrectum à somno regem & uisi memorem, quæsitam radicem inuenisse, quæ copiosa aderat, atque & ipsum, & alios usos fuisse. barbaros cum inuentum remedium uidissent, se Alexandro dedisse. Verisimile est, aliquem eam rei peritum regi indicasse: sed adulationis gratia adiuncta fabula est. Die sexagesimo in Gedrosiorum regiam à finibus ueniens, cum exercitum paululum quiete refecisset, in Carmaniam profectus est. Proinde australe Arianæ latus huiusmodi situm oræ habet, & superior Gedrosiorum ac Oritarum terra, quæ proximè imminet. magna autem pars Gedrosiæ, in mediterranea recedit, dum Drangas contingat, & Arachotos, & Paropamisadas, de quibus quando nihil habemus quod melius ipsi dicamus, Eratosthenis sententiam proponemus. Ait is Arianam ab oriente Indo terminari, ab austro mari magno, ab aquilone Paropamiso, & montibus usque in Caspias portas. Ab occidente iisdem finibus quibus Parthia à Media, Carmania à Parætacena & Perside distinguitur. Regionis latitudo est Indi longitudo, à Paropamiso usque ad ostia, duodecim millia stadiorum. sunt qui xiii millia faciant, longitudo à Caspijs portis duplex est, ut in Asiaticis itineribus descriptum est. Nam Alexandriam usque, quæ in Arijs est, à Caspijs portis, per Parthiam, una eademque uia est. Sequitur quæ rectè it per Bactrianā, & montis transcensum in Oroskana per triuium è Bactris apud Paropamisadas. Altera paululum ab Aria austrum uersus deflectit ad Prophthasiam Drangianæ: postea ἡ λικτὴ. fortè ἡ λικτὴ curua, aut ἡ λειπὴ, reliqua. rursus usque ad Indiæ montes, & Indum flumen. Quare ea quæ per Drangas it, & Arachotos, uniuersa longior est stadijs cccccc. Si quis autem mille & trecenta detrahat, habebit reliquam regionis longitudinem in rectam xiv millia, quæ nō multo minor est quàm maritima ora: etsi nonnulli ad x millia Carmaniae addāt, sex millium eam ponentes. Aut enim cum sinibus ponent eam, aut cum ora Carmanica, quæ ad Persicum sinum est. Arianæ nomen usque ad partem quandam Persarum, & Medorum, & septentrionalium Bactriorum, ac Sogdianorum, extenditur. Sunt enim quasi eiusdem linguæ. Gentium ordo est huiusmodi. Iuxta Indum sunt Paropamisadæ, quibus Paropamisus mons imminet, postea Arachoti ad austrum, ac in eandem plagam deinceps Gedrosini, & alij qui oram maris habitant, omnibus enim ad locorum latitudines Indus adiacet. Eorum quæ propter Indum sunt, partem habent Indi, cum prius essent Persarum. ea Alexander Arianis ademit, & peculiaria oppida constituit. Postea Seleucus Nicator ea dedit Sandrocotto, contracta cum eo affinitate, ac pro ijs Elephantas accepit. Paropamisadis ad occidentem Arijs adiacent, Arachotis & Gedrosijs Drangæ. Arijs & ad aquilonem & ad occidentem Drangis adiacent, & eos quodammodo circumdant. Bactriana ad sinistram Ariæ adiacet, & Paropamisadis, per quos Alexander Caucasum transcendit in Bactrianam. Deinceps ad occidentem Arijs Parthi adiacent, & loca Caspijs portis uicina. Parthis autem ad austrum Carmanie deserta, postea reliqua Carmania, & Gedrosia. Sed præ dicta montana plenius cognoscet qui uiam consideret qua usus est Alexander, cum Bessum ex Parthia in Bactrianā persecutus est. Nam in Arianam uenit, postea in Drangas, ubi Philotam Parmenionis F. insidiarū compertum interemit: & qui patrem, ut consilij conscium, necarent misit Ecbatana Hos aiunt camelis cursorijs (.dromedarios appellant.) xxx, xl ue dierum itinere, diebus xi peractio, rem confecisse. Drangæ alioqui Persicæ uiuentes, uini penuria laborant, nascitur apud

ARABIAM eos

Gentes ad Indū.

Iter Alexandri
in Bactrianam.

ARABIAM FELI-

CEM ATQVE CARMANIAM CON-
 TINET HAEC VI. ASIAE TABULA. PARALLELVS IPSIVS
 medius rationem habet ad meridianum, quam decem ad duode-
 cim. Terminatur autem tabula ipsa ab ortu Gedrosia & Indico pe-
 lago. Ab austro, pelago Indico & mari rubro. Ab occasu, sinu
 Arabico, & à septentrionibus, utraq; Arabia, Petrea
 & deserta, ac sinu Persico & Carma-
 nia deserta.:

	H.	m.	H.	m.
Badeo	13	15	0	40
Pudni	13	0	0	50
Muxa	12	30	0	59
Ocelis	12	45	1	0
Arabia emporium	12	44	1	20
Cane	12	45	1	39
Gerra	13	30	1	20
Mara	13	7	1	4
Omanum	13	14	1	10
Menambis	13	0	1	0
Sabbatha	13	0	1	7
Sabe	12	45	1	4
Sapphar	12	45	1	50
Dioscoridis insula	12	35	1	46
Sarapidis insula	13	6	2	15
Apphana insula	13	50	1	24
Armuza	13	30	2	15
Samydace	13	27	2	39
Barmana regia	13	55	2	40
Carmina insula	13	7	2	45

Distat ab Alexandria uersus ortum.
 Habet diem maximum.

Ciuitates in-
 signes

Arabia
 Felicos

Carmanis

Quædam ex signatis ciuitatib. habent solem semel in anno supra uerticem,
 quæ scilicet sub Tropico Cancrî sitæ sunt: quædam bis, quæ aliquot gradus à
 Cancro ad æquatorem declinant.



eos flammum. Deinde ex Drangis Alexander uenit in Euergetas, quos Cyrus sic nomi-
 nauit: & in Arachotos per Paropamisadas sub occasum Virgiliarum. Nam ea regio
 montana est, & niuibus tunc tegebatur ac difficulter peragrabatur, sed frequentes pa-
 gi, & rerum omnium copia præter oleum instructi difficultates leniebant. Ad sinistram
 summa montium habebant. Meridionales Paropamisi ad partes Indica sunt, & Ariana
 ad septentrionales, & occidentales Bactriana. Exacta ibi hyeme, & urbe condita, ha-
 bens Indiam supernè ad dextram, per summa montium transiit Bactrianam. Via erat
 nuda arborum, nisi quod rari aderant terebinthi frutices, summa alimenti inopia, ut
 iumentorum carnibus uescerentur, atq; ijs crudis propter lignorum penuriam. sed ad
 hanc cruditatem concoquendum silphij copia præfens auxilio erat. Quintodecimo die
 ab hybernaculis, & urbe quam condiderat, Adrapsa peruenit, Bactrianæ urbem. Circa
 has partes, quæ Indis sunt conterminæ, est Choarina, ex omnibus quæ sub Parthis sunt,
 Indiæ proxima. Distat ab Ariana per Arachotos & dicta montana nouendecim millibus
 stadiorum. Hanc regionem Craterus omnem peragrans, & subigens eos qui parere
 recusabant, pergebat ut se cum Alexandro iungeret, & sanè sub idem serè tempus utri-
 que exercitus pedestres in Carmaniam concurrerunt. Paulò post Nearchus in Arabi-
 cum sinum classem adduxit, multas cum alias ærummas tum ob ceterorum magnitudinem
 perpeffus. Et quanquam uerisimile est qui tum nauigauerunt, multa inflatus garruisse:
 tamen ostenderunt, quid ipsis contigerit, etsi perinde magis metus quam periculum affi-
 cit. Plurimum eos turbauerunt physeterum (qui sic ab efflenda aqua dicuntur.) magni-
 tudines, fluctum maximum & consertim cum caligine tanta exsufflationibus suis excitan-
 tium, ut proxima etiam quæq; conspici non possent. Sed cum nauigationis duces, illis ti-
 mentibus, & causam ignorantibus, indicassent, belluas esse quæ faciliè tubarum sonitu,
 & plausu exaudito discederent: Nearchus naues cum impetu eò compulsi, ubi maxi-
 me arcebatur, ac tubis belluas exterruit. Ille undas subeuntes, nauale certamen à puppi
 iminabantur: uerùm subito cessauere. Etiam n, qui hodie in Indiam nauigant belluas in-
 gentes narrant, & earum apparationes, sed quæ neque consertim neque crebrò se offer-
 rant, & discedant clamore ac tubis repulsi eas terræ nequaquam appropinquare, ossa
 uerò iam dissolutarum à fluctibus faciliè eijci, & materiam faciendorum tuguriorum
 Ichthyophagis suppeditare. Nearchus ceterorum magnitudinem ulnarum xxiii refert. Quod
 autem pro uero planè ab ijs habebatur qui in classe erant, insulam quandam esse in transi-
 tu quæ accedentes perderet, id se falsum demonstrasse. Lembus quidam (quales cercu-
 ridicuntur.) prope insulam nauigarat, nunquam amplius postea uisum, homines ad in-
 quirendum missos, cum in insulam exire non auderent, sed præternauigantes clamore a-
 missos reuocarent, nemine exaudiente, reuersos. Ex eo omnibus crimen in insulam con-
 ferentibus, sese inquit nauigasse: & appulsa nauis cum parte nauigantium egressum, insu-
 lam omnem ambiuisse, cumque nullum quæsitorum uestigium inuenisset, se desperata re-
 diisse, atque docuisse falsò insulam culpam (nam & sibi & socijs eodè fuisse perituum
 modo.) sed aliam haud dubiè exitij causam lembo fuisse, cum infinita accidere possint.
 Carmania ab Indi ostio ultima est, primum quidem eius promontorium ad austrum in
 mare magnum exit. Cum uerò Persici sinus os fecerit, ad promontorium felicis Arabiæ Carmania.
 quod in conspectu est, Persicum sinum uersus inflectitur, quousque Persiæ coniunga-
 tur, longè quoque in mediterraneam inter Gedrosiam Parthiamque porrigitur, magis
 tamen à Gedrosia abscedit ad aquilonem, quod uertilitas declarat. Carmania enim om-
 nium ferax est rerum, & magnas arbores gignit, præter oleam, & fluminibus est irrigua.
 Gedrosia parum differt à terra Ichthyophagorum, ut sepe eam sterilitas opprimat, qua-
 propter annuos fructus in plures annos recondunt. Onesicritus tradit flumen esse in
 Carmania, quod aurī ramenta ferat. tum argenti fossilis & æris, & minij uenas, & mon-
 tes duos, alterū arsenici, alterū salis. Sūt & deserta eius quædā, quæ iā cū Parthia & Paræta-
 cena coniungunt. Habet etiam fruges terræ Persicis, similes præcipuè uitē Carmani-
 cam à nostris denominatam, quæ saepe bicubitale uuam fert, magnis acuius ac densis,
 ut faciliè appareat palmitibus eam ibi magis luxuriare. Hi, quod equorum copia destitu-
 untur, asinis in bello plurimum utuntur, & asinum Marti sacrificant (quem solum Per-


(sæ ex omnibus dijs colunt.) & bellicosi sunt. Nemo uxorem ducit, nisi prius hostis caput
 amputatum ad regem pertulerit. Rex calvaria in regio thesauro reposita, linguam minu-
 tatim secans, pane permiscet, postea degustatam, ei qui attulit, & familiaribus edendam
 præbet: atque ille præclarus est, cui multa capita sunt allata. Nearchus asserit, Carmanita-
 rum mores ac sermonem maxima ex parte Persarum esse ac Medorum æmula. Os Per-
 sia. Tab. sici sinus maius est, quàm ut una die transfretari possit. Post Carmaniam Persia est, mul-
 ta sanè in ora illius sinus, qui ab ea nomen habet: sed longè maior in mediterranea, præfer-
 tim in longitudine quæ ab austro & Carmania in septentrionem & Medicas gentes per-
 tendit. Triplex autem est natura, & aëris temperie. Nam ora maritima æstuosa est, ac uen-
 tosa & fructum inops, præterquam palmarum. Ea quater mille, & quadringentis sta-
 dijs uel ccc censetur, & in flumen desinit, qui omnium ibi maximus annuum Oroates
 appellatur. Regio uerò ulterior campestris est, omnium ferax, & optima pecorum nu-
 trix, fluminibus & lacubus plena. Tertia est hyemalis ac montana aquilonem uersus. ad
 extremis eius partibus sunt camelorum pastores. Longitudo est (ut Eratostheni pla-
 cet.) in septentrionem & Caspias portas ad iix stadiorum millia, secundum uertices quos-
 dam procurrentia. Ultima est usque ad Caspias portas non ultra duo millia stadiorum.
 Longitudo uero in mediterranea, a Susis usque Persæpolim stadiorum, quater mille &
 cc. hinc usque ad Carmanix fines sunt ccc lxx. Gentes regionem hanc incolunt Pati-
 schores & Achæmenidæ, & Magni. quorum hi honestæ uiuendi rationi student. Item Cyr-
 tij & Marai, quorum alij prædatores sunt, alij agricolæ. Sed & Susi ferè Persiæ pars est,
 Susi. inter eam & Babyloniam posita, & Susa urbem habet memorabilem. Nam Persæ ac
 Cyrus superatis Medis, cum suam terram in extremis sitam uiderent, Susiam uerò inte-
 rius & Babylonix & alijs gentibus propiorem, in ea regiam collocauerint, simul & re-
 gionis eius adfinitatem probantes, & urbis dignitatem, & quia quod maximè erat. Su-
 sij nunquam pro se magnas attentauerunt, sed semper subditi fuere, ac in parte maioris
 alicuius conuentus censi, nisi quis heroum tempora respiciat. Susa enim à Tithono con-
 dita dicuntur, Memnonis patre, ambitur cxx stadiorum, figura oblonga, cuius arx Mem-
 nonium uocabatur. Susij etiam Cilsij sunt dicti, & Aeschylus Memnonis matrem Cif-
 siam uocat. Memnon ipse sepultus dicitur circa Paltum Syriæ, iuxta flumen Badam,
 ut Simonides ait, in Memnonæ dithyrambo: Deliacorum. Urbis murorum, templo-
 rum & regix structura Babylonicis similis è coctili latere & bitumine à quibusdam per-
 hibetur. Polycletus dicit eam muris caruisse cc stadiorum ambitum habuisse. Cum au-
 tem regiam apud Susa maximè exornassent, nihilominus Persepolitam & Pasagardi-
 cam amplificauerunt. nam & gaza & thesauri, & monumenta Persarum ibi erant, ut in
 locis cum munitioribus, tum à maioribus ipsorum cultis. Erat etiam regia alia Gabis
 in superioribus Persiæ partibus, & in ora maris iuxta eam quæ Oca dicebatur. atque hæc
 quidem Persis imperantibus. Posteriores autem alijs atque alijs usi sunt, tenuioribus
 nimirum, utpote Persia iam à Macedonibus ac Parthis etiam ampliùs deminuta. Nam
 etsi adhuc Persæ proprium regem habent, uiribus tamen longè sunt inferiores, & Partho-
 rum regis dicto sunt audientes. Enimuero Susa in mediterraneis iacent, trans Choa-
 spem flumen iuxta pontem, Susiana usque ab mare pertinet. ora eius maritima est à fini-
 bus Persiæ oræ, usque ad Tigris ostia, ad ter mille ferè stadia. Choaspes per regionem
 fluens, in eandem oram desinit, ortus apud Vxios. Nam inter Susa ac Persiam montana
 quedam aspera & prærupta interiacent, quæ angustias habent difficulter superabiles, &
 homines latrones: qui mercedem etiam à regibus exigebant, è Susis in Persiam intran-
 tibus. Addit Polycletus, Choaspem & Eulæum, & Tigrim in lacum quendam conflu-
 ere, atque ex eo inde in mare exire. Iuxta lacum emporium esse, & cum flumina maris
 merces non recipiant, nec emittant propter catarractas de industria factos, pedestri itine
 read mercatum iri. Quidem dicunt 10000 stadia esse usque ad urbem Susa. Sunt qui
 affirmant flumina omnia, quæ Susiam peruagunt, in Tigris alueum illabi, ac Euphra-
 tis fossas intermedias, & propterea eum apud ostia Pasitigrim nominari. Nearchus
 Susiæ oram palustrem facit, & terminum eius Euphratem, in ore eius pagum habitari,
 qui merces ex Arabia suscipiat. succedere enim deinceps ori Euphratis, & Pasitigris.

TABVLA V. ASIAE.

CONTINET HÆC TABVLA ASSYRIAM, SVSIANAM, MEDIAM, PERSIDEM, PARTHIAM, ET Carmaniam desertam. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam quatuor ad quinque. Terminatur autem tabula ipsa ab ortu Aria, ab austro Carmania & sinu Persico. Ab occasu Babylonia ac Mesopotamia & parte maioris Armeniæ. A septentrionibus, Hyrcani maris & regione Hyrcaniæ.

		H.	m.	H.	m.
Civitates insignes	Assyria	Ninus	14	36	1 7
		Arbila	14	37	1 20
	Susiane	Ctesiphon	14	25	1 20
		Susa	14	20	1 35
		Tariana	14	12	1 29
	Media	Cyropolis	15	0	1 40
		Ecbatana	14	40	1 50
		Arsacia	14	30	1 50
		Europus	14	35	2 14
	Persidis	Axima	14	19	1 50
		Persepolis	14	15	2 4
		Marasium	14	20	2 10
		Taoca	14	0	2 0
	Parthia	Hecatopylus	14	40	2 20
		Ambrodax	14	44	2 19
		Aracana	14	40	2 24

Habet diem maximum.



Loca media omnia à lacu quodam occupari, qui Tigrim in se recipit. Centum & L stadîjs aduerso subuectos Pasitigri ad ratem uenire, quæ ex Susa è Persidæ ducit, eamq; à Susis abesse stadîjs LX. Pasitigrim uerò ab Oroatide duobus millibus ferè stadiorum. nauigationem per lacum in os Tigris stadiorum LX esse. Prope hoc pagum Susianum habitari quingentis stadîjs à Susis distantem. Ab ore Euphratis Babylonem usque nauigationem esse per loca bene habitata, supra tria millia stadiorum. Onesicritus ait omnes fluuios, Euphratem, Tigrimq; in lacum influere: rursumq; Euphratem è lacu egressum, proprio ostio cum mari iungi. Sunt & aliæ complures angustiae Vxios transeuntî iuxta Persiam. quas Alexander uî permeauit ad Persicas portas & loca alia transiens regionem, & uidere contendens potissimas eius partes & thesauros, per tantum temporis congestos quo Persæ ex Asia tributa legerunt, & multa flumina traiecit, quæ regionem rigant, & in Persicum sinum deferuntur. Nam post Choaspem sunt amnes Copratas & Pasitigris, qui etiam ex Vxia fluit. Item Cyrus, qui circa Pasargadas, per Persiam quæ dicitur caua fluit, ab rege appellatus pro Agradato Cyrus. Iuxta Persepolim Alexander Araxem traiecit. Persepolis magnificam regiam habebat, & thesauros magni precij. In Araxem è Paratæcis labendem Medus influit, è Media decurrens. Hî per conuallem rerum omnium feracem, & Carmaniae iunctam deferuntur, & orientalibus regionis partibus, sicut & ipsa Persepolis. Alexander Persepolis regiam combussit, ultus Græcos, quorum & illi sacra & urbes ferro ignique uastassent. Deinde in Pasargadas uenit, ubi erat antiqua regum sedes. Hîc Cyri sepulturam in hortis uidit, turrim non sane magnam, arborum densitate occultam, à parte inferiore solidam superiore tabulatam habentem & cellum, per angusto aditu. Per eum Aristobulus introisse se ait, iussu regis, atque sepulturam exornasse. Vidisse autem auream lecticam, & mensam cum poculis, & aureum alueum, uestem plurimam, & mundum gemmis ornatum. Verum hæc uidisse affirmat, primo aduentu, postea direpta fuisse: ac cætera quidem asportata, lecticam uerò confractam, & alueo loco moro, cadauer nusquam apparuisse. Non hoc Satrapæ, sed prædatorum opus fuisse, qui ea reliquerant quæ asportare nequiuissent: Euenisse uerò hæc, quantum uis magorum custodia imposita esset, qui quotidie ouem accipiebant in alimenta: singulisque mensibus equum. Enim uerò Alexandri longinqua in Indiam & Bactros expeditione factum, ut multa nouo exemplo fierent, de quibus & hoc fuerit. Hæc Aristobulus qui & inscriptionem monumenti hanc refert. O homo, ego Cyrus sum Asiæ rex qui Persis imperium parauî, & rex Asiæ fui. Næ igitur mihi sepulcrum inuideas. Onesicritus ait turrim x tabulata habuisse, & in supremo Cyrum iacere, cum Græca inscriptione exarata.

Cyrus ego, rex olim regum conditus hîc sum.

Idem alio epigrammate Persico, in eandem sententiam. Onesicritus quoque illius meminît, quæ in Darij sepultura erat hoc sensu: Amicus amicis fui, & eques & sagittator optimus, uenatores superauî, & omnia facere potuî. Aristus Salaminus multo his iunior, refert turrim magnam fuisse, & duo tabulata habuisse, in successione Persarum conditam: sepulturam uerò asseruari, in qua Græcum epigramma inerat (. ut antè diximus.) & aliud Persicum in eandem sententiam. Cyrus Pasargadis habuit honorem, quod ibi Astyagem Medû ultimo prælio superauit, & Asiæ imperium in se transtulit, urbe condita, & regia cõstructa ad rei memoriam. Pecuniæ autem quidquid in Persia erat, Susa exportauit: & ipsa quoque thesauris & suppellectile plena. non tamen pro regia habuit, sed Babylonem, quam in animo habebat adornare, atque hîc etiam thesauri seruabantur. Traditum est præterea quæ Babylone & in castris erant, & in hanc summam nō uenere in Persia & Susis inuenta fuisse talentorum XL millia. Sunt qui dicunt L. Nonnulli omnia undique Ecbatana comportata dicunt fuisse c & LXXX millia talentorum. VIII millia uerò, quæ cum Dario è Media fugiente exportata, ab ijs direpta fuerunt, qui eum necauerunt. Alexander Babylonem longè omnibus anteponebat, uidens eam & magnitudine & rebus cæteris excellere. Nam Susiana quanquam opulenta sit, seruidum tamen & æstuosum aërem habet, præsertim circa urbem, ut ille dicit, adeò ut lacertæ & serpentes, per æstatem, dum sol est in meridie, urbis uias transire non possint, sed in medijs intercepta

cepta concrementur. quod nusquam in tota Persia contingit, quanquam magis uersus austrum uergente. Lauacra quoque frigida proposita subito incallescere: ordeum in sole. 13. sparsum ita 13. torreretur, ut in furnis cachrys solet, quapropter ad duos cubitos terram tectis imponunt, domus ipsæ propter onus angustæ fiunt & exiguae, cum longis trabibus careant, & magnis domibus indigeant propter æstum. Trabibus autem è palma arbore aiunt peculiare hoc accidere, ut cum solidæ sint, inueterascendo non flectantur in partem inferiorem, sed in superiorem pandantur aduersus onus: eoquæ melius tectum sustinent. Aestus causa dicitur, quod septentrionem uersus montes quidam altissimi imminet, qui omnem borealem flatum intercipiunt, hi uero sublimes à montibus spirantes, campos non attingunt. sed in australiora Susiæ perferuntur, reliqua uentis caret, tunc præcipuè, cum reliquam terram æstu exustam etelæ refrigerant. Frumento adeo abundant, ut & ordeum & triticum in planicie centuplum ferat, nonnunquam etiam duplum ideo non crebros sulcos faciunt: ne confertim radicibus actis germinatio impediatur. Cum uites in ea non nascerentur, Macedones ibi & in Babylone eas conseruerunt, non scrobibus factis, sed palos quosdam in extremo ferratos in terram defigentes, postea educentes, ac pro eis palmites demittentes. In Meditærranea uero plurimum, nostroquæ tempore sæpe aliter atque aliter contingit. Ac refert Nearchus, se ne uix quidem duces indigenas habuisse, cum ex India in Babyloniæ classe pedestres copias comitans nauigaret, quod nec stationes habere poterat, nec homines adipisci posset, qui perire ducerent. Susidi ea pars Babyloniæ proxima est quæ quondam Sitacena, postea Apolloniatis est appellata. Ambabus à septentrione orientem uersus Elymaei imminet & Parætaceni, latrones, utpote asperis montibus freti. Sed magis Parætaceni Apolloniatis imminet ideoquæ eos plurimum infestant. Elymaei autem illos & Susios. Elymaei Vxij bellum faciunt. hodie quidem id minus: propter Parthorum potetiam, ut ego existimo, quibus parent omnes, qui loca ea incolunt: quare bono horum statu, bene est etiam omnibus, qui illis parent: dissidentibus uero, quod sæpe factum est, etiam nostro tempore, sæpe aliter atque aliter res succedunt, non eodem modo tamen omnibus, quibusdam enim tumultus profunt, quibusdam præter sententiam eueniunt. Ac Persica quidem, & 14. Susiana regio talis est. Ora maritima est palustris & importuosa. 14. Itaque etiam demoribus Persarum etsi permulti dixerunt, tamen dicenda nobis uidentur quæ ad rem attinent: Persæ nec statuas, nec aras erigunt, sacrificant in loco excelsio. Cælum Iouem putant, colunt Solem, quem Mithram uocant. Item Lunam & Venerem, & ignem, & tellurem, & uentos, & aquam. Sacrificant in loco mûdo cum imprecationibus, & coronatam hostiam statuunt. Vbi magus, qui sacrificium enarrat, carnes in portiones distribuit, sua quisque accepta, abeunt, nulla parte diis relicta. dicunt enim deum nihil uelle, præter hostiæ animam, quidam (ut fertur.) omenti partem igni imponunt. Præcipuè igni & aquæ sacrificant, igni arida ligna imponentes, adempto cortice, & aruina superiniecta: deinde infuso oleo, succedunt, non inspirantes, sed uentilantes. si quis inspirat, aut mortuū quicquam, cœnum uel in ignem iniicit, morte punitur. Aquæ sacra peragunt hoc modo. In lacum uel flumen uel fontem uenientes, scrobem faciunt, ibique hostiam iugulant, cauentes ne quid proximæ aquæ sanguine contingatur: sic enim omnia pollutum iri. postea carnibus myrto, lauroquæ impositis, eas magi gracilibus uirgis comburunt: & factis imprecationibus quibusdam, oleum lacte ac melle mixtum inspergunt, non in ignem, nec in aquam, sed in terram. Imprecationes diu faciunt, fasciculum uirgarum myricinarum tenuium tenentes. In Cappadocia (etenim maxima est ibi magorum multitudo, qui Pyrethi uocantur, & multa Persicorum deorum templa.) non cultro sed stipite quodam mactant, tanquam malleo uerberantes. Sunt & Pyrethæ septa quadam ingentia, in quorum medio ara est. In ea magi & cinerem multum & ignem perennem seruant: & eò quotidie ingressi, imprecationes faciunt, per horam ante ignem uirgarum fasciculum tenentes, pileis infulis uelati ex utraquæ parte dependentibus, adeo ut uittæ labia contegant ac malas. Hæc in Anaitidis & Omani delubris fiunt. Nam & horum ibi delubra sunt, & Omani statua in pompa ducitur. Ista nos uidimus, quæ sequuntur, historici memoriæ mandauerunt. In fluuium Persæ non immetunt, nec lauant, nec abluuntur, nec cadauer inijciunt,

Persarum mo-
res.

inijciunt, nec alia quæ immunda esse uideantur. Cuicumque Deo sacrificent, primum igni imprecationes faciunt. Reges habent ex eadem stirpe. Qui non paruērit, capite & brachio amputato proijcitur. Ducunt uxores complures, & multas pellices alunt, multiplicandæ sobolis gratiā. Reges quotannis præmia proponunt ijs, qui plures filios progenuerint, pueri ante quartum annum in patris cōspectum non ueniunt. Nuptiæ in initio uerni æquinoctij celebrantur. Sponsus in thalamum uenit, comesto prius malo uel cameli medulla, præter id nihil eo die. A quinto usque ad XXIV. annum discunt sagittare, iaculare, equitare, & in primis uera dicere. Disciplinarum magistris continentissimis utuntur, qui & fabulas ad utilitatem accommodatas intexunt, cum cantu & sine cantu, deorum & clarorum uiro- rum facta celebrantes. Congregant eos in unum locum, æris sonitu ante lucem excitatos ad arma aut uenationem. Præficiunt quinquagenis aliquem ex regis filijs, aut satrapæ, quem currentem sequi iubent, loco xxx, xl uel stadiorum determinato. Postulant hi etiam orationem de singulis quæ illi didicerint simul & uocem, & latus & spiritum exercentes. Quin & aduersus æstum frigus, imbres, & ad torrentium transitus eos condoce faciunt, ut arma & uestes immadidas seruent. Pascere etiam, & in agro pernoctare docent, & rusticari, & fructibus syluestribus uesci: ut termintho, glandibus, pyris agrestibus. Atque hi Cardaces uocantur, furtis uiuentes, nam carda uirile ac bellicosum signat. Quotidianus eorum cibus post exercitationem est panis durissimus, & nasturtium, & salis grana, & carnes assæ uel elixæ, potus aqua. Venantur aut pila & sagittas ab equis mittentes, & funda utentes. Vespertina eorum sunt exercitia arbores serere, aut radices effodere, aut arma fabricari, aut lino & retibus studium impendere artificiosè faciundis. Pueri uenationem non attingunt, sed mos est eam domum referre. Cursus & cæterorum quæ in quinquertio exercentur præmia ab rege proponuntur. Pueri auro exornantur, cuius igneum fulgorem uenerantur, quare id neque mortuo apponunt: quemadmodum nec ignem, ob honorem quem ei deferunt. Militant, & ordines ducunt à xx anno usq; ad quinquagesimum & pedites & equites. Forum non attingunt, nam nec emunt, nec uendunt. Armantur * cetra in rhombi figuram facta, præter pharetram, sagares & secures habent, capiti impositum pileum turritum, pectus thorace squamoso muniunt. Principes anaxyridem triplam habent, & tunicam manicatam, duplam, genu tenus, interula candida est, exterior uerò uestis florida. Amiculum æstate purpureum uel floridum, hyeme autem floridum. tiaras magorū insulis similes, calceamentum altum ac duplum. Vulgo tunicam duplam gerunt, ad medium usque crus descendentem, circum caput sindonis cento uoluitur. Quisque arcu & funda utitur. Persæ lautè cœnant, integra & multa & uaria paponentes, uestis & poculorū ornatus splendidissimus, auro & argenta refulgent. De rebus maximis in uino consultant, eaque decreta ipsi firmiora censent, quàm quæ sobriè faciunt. Si notis & æqualibus in uia occurrant, eos osculantur: si humilioribus, genam eis præbent, eaque osculum excipiunt, qui humiliores admodum sunt, duntaxat genu flexo digniores uenerantur. Corpora mortuorum humant, prius cera oblinentes. Magos insepultos aui- bus edendos dimittunt, hi cum matribus instituto maiorum cœunt. Ac Persarum quidem mores sunt huiusmodi, quibus opinor addenda esse, quæ à Polycrito referuntur. sunt autem hæc. Regum cuique Susis in arce domicilium extat, & thesaurus, & tributorum quæ exigerit tabulæ administratę rei monumentum. Exigere eos ex ora maritima argētum, ex mediterranea, quæ quæq; regio ferat, ut colores, medicamenta, lanam, uel aliud tale, aut pecora. Tributa instituit Darius Longimanus, qui omnium hominum pulcherrimus fuit, demta brachiorum & cubitorum longitudines, etiam genua contingentium. Maximam auri atque argenti partem in suppellectile habent, in nummis perexiguam. Illam enim existimant & ad donandum magis aptum, & ad reponenda adseruandaque in thesauris cœmelia. Nomismatis uerò tantum sufficere arbitrantur, quantum usui satis sit, & tantum auri percutiunt, quantum impensis sufficiat. Persarum mores magna ex parte moderati sunt. Ceterum per

opulentiam reges in delicias luxumque prolapsi sunt, adeo ut triticum ex Assio Aeo-
lica afferri uellent, uinum autem ex Syria quod Chalybonium dicitur, aquam ex Eu-
lao, quod ea omnium esset leuissima, ut Attica homine comparata, drachma minus
appenderet. Ex omnibus autem barbaris, Persis usu uenit, ut notissimi apud Grae-
cos essent, quod nulli Graecis imperauerunt. eorum qui Asiam tenere, praeter eos.
nec ij Graecos, nec Graeci illos antea nouerant, nisi quantum fama percepissent ad-
modum exili. Non enim Homerus Medorum, Syrorum uel imperium nouerat. alio-
qui Aegyptias Thebas, & earumque Phoenicum diuitias nominans: nequaquam
Babylonis, Nini & Ecbatanorum opes silentio transmisisset. Ac primo quidem
Graecis Persae imperauerunt Lydi uero non toti Asiae, sed parti solum eis Halym per-
exigua, idque non diu sed duntaxat, Cræsi & Alyattis. Et si quid gloriae paraue-
rant amiserunt a Persis subacti. Persae Medorum rebus in suam potestatem redactis,
statim Lydos subegere: & Graecos qui in Asia erant sibi subditos fecerunt, postmo-
dum in Graciam transientes magnis multisque certaminibus uicti sunt. Asiam ta-
men usque ad mare tenuerunt, donec a Macedonibus sunt debellati. Cyrus primus
ijs imperium comparauit, cuius successor Cambyzes filius, a Magis sublatu est. Se-
ptem uero Persae qui Magos interemerunt, Dario Hydaspis Imperium tradide-
re. Eius successores in Narsem desierunt: quem cum Bagoa eunuchus interfe-
cisset, Darium regem fecit, quanquam e stirpe regia non ortum. Hunc cum Ale-
xander euerisset, ipse x aut xi annos regnauit. Postea Asiae imperium in complures
successores, & ab eis profectos diuisum, tandem dissipatum est. Permanisit annos cir-
citer ccl. Hodie seorsim Persae suum habent corpus, & reges alijs subditos: ante
Macedonibus, nunc Parthis.

IN LIBRVM DECIMVM QVINTVM

INTERPRETIS ANNOTATIONES.



Auocodroforum.] No-
lui mutare, etsi fieri potuit in ali-
ena uoce ut erraret librarius. De
Nabuchodonosore intelligo, sa-
cris litteris nobilitato. u pro b
hæc quoque poni, non est inso-
lens. Versus Saphoclis qui post

adducuntur, habent multa mendosa.

2 Septentrionales.] Ἰὺς δὲ Βόρος. legendum
putauimus, οἱ δὲ πρὸς Βόρος, quid rei sit Βόρος
infra exponitur. etsi ibi scribitur ω magno, ὥς μο-
ρ.

3 Mensuram.] Μετὰ erat, quod facillimo lapsu
potuit pro μετὰ substitui. & μετὰ legisse uide-
tur interpres. infra de bosmoro pro σεπτος est σ. τ. &
in epitomis, quod & præuult infra οὐ τὸ εἰς τὸ τὸ
καὶ μόνον erat. illud καὶ, si attentè locum conside-
res: facile λαὸν fuisse uerum deprehendes interpres
omisit. & c. (ne quid dissimulè) olim me dubium tenuit.
toto loco cum superioribus comparato, uidi me in scrip-
to nodum querere, ut aiunt.

4 Non magnam.] οὐ μεγάλη δὲ γὰρ λε-
πίσματα, uoces sunt planè non coherentes, posterior
squamas, prior uibras aut prominètiâs potiùs quasdam
significat.

5 Abisari regio.] Hoc reliqui, quanquam Bisar-

ri traiectionis litteris esset in Græco, neque sanè hæc statui
operam ludere, multis annotandis uarietatibus lectio-
nis, cum pleraque ignota sint, ne dicam fabulosa apud
Curtium Abisares legitur, lib. lxx. Suidas Abisaram
loci nomen facit. Paulo post Onesicriti mentio fit quem
constat ex historicis fuisse gubernatoribus Alexandri
præfectum. Græca sunt manca; sensum perhibui.

6 Catheam.] Hæc apud Stephanum Κάθαα
legitur, Cathæna. forte pro Cathæa. Sophites dicitur
apud Curtium lib. lxx. quem legere de his rebus potes.

7 Sibæ.] Sic omnino & supra legitur, & apud ste-
phanum, μάλοι etiam ut hic, apud eundem a unico scri-
buntur, itaq; non mutauit. mox ὕστερος ἢ τοῦ s. Non
coheret, ac nisi deest ἐφωγμῶς, ἐπὶ ἄλλῃ, aut aliquid
tale, uitium est. Δακρυοσίων si rectè legitur, est pro
δακρυοσίων ἢ δακρυοσίων compendiosè positum.

mox ἐγκωμιάζω. i.] Ἐγκωμιάζω, aut deest ali-
quid. Sed talia dissimulare præstat, quam persequi.

Ad regis fores.] Ἰουλιανὸν τὸν ἐν τῷ θύρῳ. in-
terpres Ἰουλιανὸν legit, ineptè ut puto. infra Aphami-
otis. Non, ut interpres, Ephamiotis. hos libro xii.
Strabo dixerat Minois cœtum. Aphamiotas etiam Va-
rinus habet.

8 L, tanta.] Locus mendosus. Qui enim humiles
erecti & altis sint longiores. mox ἀναπνεύει, ἀνα-
πνεύει scripsi, duo non est in Græco.

9 Locus

9 Locus est mirè deprauatus & mutilatus, ut hæc faciliè uenia danda sit interpreti quid somniare, uersio nostra docet. Nam & sequentia deprauata sunt: non magno fortasse ueritatis dispendio.

10 Et aromatibus delibutis.] Sic interpret. Sed in Græco nihil est omnino. ut appareat scripto uisum aliquo libro. In Ariana porro descriptio à Ptolemaeo plurimum abest noster. uide nonam Asia Tab.

11 Nearchus.] Νάρκῳ in Græco erat. Sed historici habent Nearchum. Sicut & infra rectè legitur. sumprà qui Mandanis uocatur constanter gymnosophista, alijs est Dandamis. infra de Gedrosijs ἀπὸ ὀφθαλμοῦ.] A finibus, puto Indiae. ab Oritis habet interpret. & legisse apparet ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν.

12 Deliacorum.] Sic etiam Gyrardus legit in Simonide, in Græco est Δελιακῶν uox inanis. ego

nihil habeo quod de Deliacis Simonideis affirmem.

13 Torreri.] Epitome habent non ἀλλήθεως, sed φεγγέως, neque κέχρησ, sed κέχρης, quas & sequi malui. Sed cachryn non esse ordeum apparet, cum ei hæc opponatur. μακρὸς ὁ ποσειδῶν.] Sensum puto μακρὸς exigere. Inserui etiam & ante πρὸς ἀπὸν τὰς eodem argumento.

14 Itaque etiam.] Locus est lacer. Aliquoties autem ἐθῶν in ἐθῶν conuerti. καὶ τὸν ἐκείνους, nihil est, κατενεχέμενοι fortè: etsi sic quoque structura hiante.

15 Nini.] Νείλω erat. sed uitiòse. Homeri loca sunt Iliad. 17. & Odyss. 11. In fine libri pro ἡ καὶ ἐν δέκα. legi δέκα ἢ ἐν δέκα. quod nō arbitror dictione causæ indigere.

F I N I S.

STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER DECIMVS. SEXTVS.

ARGVMENTVM.

Sextusdecimus circa Assyriam uersatur, in qua Babylon est. & Nisibis, urbes maxime. Item circa Adiabenam & Mesopotamiam & Syriam, & Phœniciam, & Palestinam, Arabiam omnem, & quæcunque Indica Arabiam contingunt. Item Sarcenorum regionem, quam Scenetum uocat & omnem Rubro mari, & moriuo adiacentem.



Et siam ac Susianam contingunt Assyrii. sic enim Babyloniam & maximam circum sitæ regionis partem uocant, cuius & Aturia est, in qua sunt Ninus, Apolloniatis, Elymaei, Paratacae, & ad Zagrum montem Chæonitis. tum campi Nino uicini. Deinde Dolomena, Calachena, Chazena, Adiabena, & Mesopotamiæ gentes, Gordyæis & Mygdonibus ijs proximæ qui circa Nisibim sunt, usque ad Zeugma quod est ad Euphratem, & ad multam trans Euphratem regionem, quam Arabes tenent, & qui propriè nunc Syri appellantur, usque ad Cilices & Phœnices & Libyās, & Aegyptium pelagus, ac Ihsicum sinum. Syrorum nomen tendere uidetur à Babylonia usque ad Ihsicum sinum, & ab hoc olim usque ad Euxinum. Etenim utriusque Cappadoces tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum iacent, ad hoc usque tempus Leucosyri, id est albi Syri nominantur: scilicet quod sint aliqui etiam Syri nigri. hi autem extra Taurum sunt. Taurum dico eum qui ad Amanum usque nomen extendit. iam qui de Syrorum imperio scribunt, cum Medos à Persis euersos dicunt. Syros autem à Medis: nullos alios Syros intelligunt, quam eos qui Babylone, ac Nini regiam constituerunt. quarum alteram Ninum Ninus in Aturia condidit: eius uxor Semiramis, quæ & in regnum successit, Babylonem. Atque hi Asiam occupauerunt. Semiramidis uero opera præter ea, quæ apud Babylonem sunt, multa per uniuersam, ferè hanc continentem ostenduntur, ut aggeres qui Semiramidis uocantur, & mœnia & munitio num fabricæ, tabulorumque in ijs, & aquæ ductus & scalæ & fossæ in fluminibus & lacubus, & uix, & pontes. Posteris uero suis imperium reliquerunt usque ad Sardanapalum & Arbacem, quod postea in Medos translatum est. Sed Ninus post euersos Syros, ex templò deleta est. Ea multo maior erat Babylone, in Aturiæ campo sita. Aturia similis est ijs locis, quæ circa Arbela sunt, & Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent, & iuxta eam sunt. Trans Lycum uero Aturiæ campi, Ni-

Syri qui.